

GODOFREDI DANIELIS HOFFMANNI

ARTIVM LIBERALIVM, PHILOSOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQUE DOCTORIS
SACRI CAESAREI PALATII COMITIS, POTENTISSIMI WVRTEMBERGIAE
DVCIS CONSILIARII, IVRIS PVBLICI ET FEVDALIS PROFESSORIS ALMAE
EBERHARDINAE PVBLICI ORDINARII, SOCIETATVM LITTERARIARVM
LATINAE ET TEVTONICAE, QVAE IENAE FLORENT, ET SCIEN-

TIARVM ELEGANTIORVM LIPSIENSIS, MEMBRI

HONORARII


EBERHARDINAE h. t. PRO-RECTORIS

OBSERVATIONES CIRCA BOMBYCES, SERICVM ET MOROS

EX
ANTIQVITATVM, HISTORIARVM, IVRIVMQVE
PENV DEPROMTAE

Von der
Geschichte und dem Recht
der Seidenwürmer, der Seide
und der
Maulbeerbäume.


TVBINGAE
SVMTIBVS ERHARDIANIS.
M. D. CC. L. VII.



I.



VM nuper admodum, *quinto nempe & sexto,*
supra *decimum*, proximi mensis SEPTEM-
BRIS die, candidissimis semper notando la-
pillis, lætissimas per antiquæ *almæ* EBERHAR-
DINÆ mûsas, IPSE quam gratiosissime
visitaret, confirmaret, immo & erigeret, incitaret,
plurimisque docentibus clementissimas aures præberet
SERENISSIMVS ATQVE POTENTISSIMVS
NVTRITIVS NOSTER, PATER PATRIÆ
INDVLGENTISSIMVS, CAROLVS,
animi dotibus, tanto PRINCIPE dignissimis, vere
MAGNVS, non meis tantum, sed & maioribus, im-
mo summis quibuscunque laudibus dudum superior; cui
SVPREMV M in cœlis NVMEN nestoreos annos, seros
nepotes, faustumque & pacatum regimen largiatur:
non solum mihi, sed & NOBILISSIMO atque PRÆ-
STANTISSIMO tunc CANDIDATO RESPONDENTI
meo, FRIDERICO puta CHRISTOPHORO WAECH-
(A) 2 TERO,



TERO, *juris utriusque nunc Licentiato*, & *supremi pro-
vocationum Wurtembergicarum tribunalis Advocato*, Viennam
mox abiturienti, rarissima & prorsus singularis obtigit
felicitas, quod *dissertationis*, quam vocant, *inauguralis*,
cui titulus: SPECIMEN IVRIVM, CIRCA BOM-
BYCES, MOROS ET SERICVM, quinque priora capi-
ta, *commerciis*, præsertim *bombycinis*, dicata, coram *acu-
tissimo prudentissimoque* illorum moderatore & arbitro,
SAPIENTISSIMO inquam PRINCIPE NOSTRO,
e suggestu academico, defendere nobis licuerit. Addidit
is postea, quæ tum prelo nondum exierant, & confi-
ctum litterarium die xxv. *Sept.* repetiit. Quo satis super-
que comprobavit, se disputationem illam; in qua ego
etiam præter consilium, & tam librorum, quam adver-
sariorum meorum copiam, nihil prorsus mihi vindico,
proprio Marte & ingenio elaborasse. Quam ob rem,
tot aliis obrutus negotiis, eam, fere immutatam, prelo
committere, quam meis interpolationibus, quas vel sola
styli diversitas facile prodidisset, devastare malui, potio-
ra eorum, quæ mihi, dum sub prelo sudantem perle-
gerem, vel addenda & *supplenda*, vel & *notanda* monen-
daque videbantur, singulari & qualicunque hoc, miscel-
laneo certe & extemporaneo, SCHEDIO, ad uberiores
materiæ, Icto dignissimæ, illustrationem, plenioresque
ejus pertractationem, publice propositurus. Nihil illa
laudibus memoratæ, meumque etiam *præsidis* nomen præ-
se ferentis dissertationis ejusque AVCTORIS, quem diligo &
colo, derogabunt. Quis enim a disputatione idem quod
a tractatu & a discipulo idem, quod forsân a præceptore &
magistro suo fieri potuisset, postulabit! Præsertim in arte
scribendi, exercitium & habitum desiderante.



II.

NOMEN *bombycis* omnes *græcum* putant. Nec adeo male. Vid. ARISTOPHANIS *Scholias* in HENR. STEPHANI *Lex. hac voce*. Ego vero illud potius *orientale*, atque cum ipsa re, ex *Oriente* ad *Græcos*, pervenisse, GERARDO VOSSIO, aliisque crediderim. Cum genio linguæ *græcæ* non magis conveniat, quam vel *latinae*, vel *germanicæ*, e quibus tamen, istud nemo repetet, idiomatibus. Plerique illud porro a *bombo*, sono scilicet raucō, derivant. Proprie namque apes & vespas *bombire*, *bombilare*, vel & *bombitare* dicunt scriptores, sonum edentes, sive murmurantes. Et quidem propter habitum soni, *βομ*, *βομ*, *bom*, *bom*, rauci, nec valde acuti, omnibus linguis communi, qualis alias etiam tonitruū tribuitur. Ad instar *plausuum* & *adplausuum*, quos, ut C. SVETONIVS TR. in *Nerone*, Cap. XX. num. 6. pag. (edit. *Grævio-Wetsten. Amstel.* 8. 1697.) 226. testatur, *bombos* vocabant *Græci*. Conf. FRANC. BERNARDINUS FERRARIUS in L. *de veterum acclamationibus & plausu*, I. Cap. XI. col. 33. 34. *Tomi VI.* 10. GE. GRAEVII *Thesauri Antiquit. Roman. Venet.* 1732. nec non de HIPPOCRATIS & GALENI *bombis*, IO. PHIL. BURGGRAVIUS in *Lex. Med. univ. voce bombus*, col. 1618. Eodem modo raucus cornuum atque tubarum sonus *bombus* dicitur, tam a C. VAL. CATULLO, qui in *epithalamio Thetidis & Pelei*, v. 203. pag. edit. VOSS. 184.

Multi raucisonos efflabant cornua bombos.

Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

quam a NERONE, in *bachis* suis, e quibus id in *Satyram I.* v. 99. transtulit A. PERSIVS FL.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Adde T. LVCRETIVM CARVM, qui in L. *de rerum natura* IV. v. 548.

Aut reboant raucum retro cita cornua bombum.

Sicut igitur *culices*, auctore ARISTOPHANE, in *Comœd. Pluto Act. II. sc. 5. v. 57. pag. m. 39. odioſo bombo ſtridunt hominis tempora circum*, & ſicut M. TER. VARRONE, *de*



Re Rust. L. III. Cap. 16. num. 32. teste, ex apibus conjecturam capiebant veteres, intus bombum facientibus: ita vermes quoque sericarii, quos pariter inde ab eo tempore, ex quo papiliones facti sunt, talem sonum (utrum ore, an vero potius alis, inquit famigeratissimus BACO & Baro de VERVLAMIO in Hist. Nat. Cent. II. sect. 175. col. Opp. 769.) edere constat, hincque, & proprie quidem, bombyces dictos fuisse, plurimi tradunt. At, cum bombus & bombitatio proprie non sit nisi apum, ab ipso sono dicta, sicut mugitus boum & hinnitus equorum, vid. s. POMPEIUS FESTVS, de verb. signif. voce bombitatio, in DION. GOTHOFREDI Corp. auctorum L. Lat. col. 260. nescio, an non præferenda sit ISIDORI, Hispalensis quondam Episcopi, præclari illius omnium ætymologiarum parentis, conjectura, quando in L. Originum sive ætymologiarum suarum XII. Cap. V. de vermibus, ibid col. 1126. „bombyx inquit vermis frondium, ex cuius textura bombycinum conficitur. Appellatur autem hoc nomine ab eo, quod evacuetur, dum fila generat, & aër solus in eo remaneat.„ Alludit is ad vasa bombylia, quæ bibendo exhauriuntur & exhausta nihil præter aërem continent. Nam & bombyx nendo exhauritur & exhaustus nihil præter aërem continet. Quid, quod bombyx, textili suo nido involutus, etiam formam vasis bombylii referre videtur, cuius nempe collum angustum, venter prominens & turgidus, fundus autem angustus est. Vti hoc simile illi præfert, utrumque tamen non magni æstimat, hincque ISIDORVM sed frustra culpat, qui Giesse Hassorum, anno 1665. de bombyce, potissimum ex antiquitatibus, disseruit IOANNES COLERVS, Cap. I. pag. 2. ad VOSSIVM, SALMASIVM & FILLERVM provocans. Sed salva res est. Priora illa, sic ab ipsomet ISIDORO, confirmatur potius, quam improbatur, derivatio. In antiquitatibus namque græcis & romanis versatus, novit, quod bombylius, sive vas bombylium, vel speciatim Thericleum Rhodiaceum fuerit, ex quo minutatim stillant, vel generatim quodvis vas & poculum angustum, quod cum bibitur, sive inter bibendum, ob colli & foraminis angustiam, strepicum edit & bombum murmurque facit.

facit. Conf. IVL. CAES. BVLENGERVS, in *L. de Conviviis* IV. Cap. 17. in *Tomo XII.* 10. GE. GRAEVII *Thesauri Roman. Antiquit.* col. 829. 830. litt. B. D. & F. & SAM. PITISCVS, in *Lex. Antiquit. Rom. hac voce*, *Tomo I.* p. 280. Id quod, COLERVVM non advertisse, miror. Vtrumque igitur & *bombylius* & *bombyx* a *bombo* sive rauco, quem edunt, sono, sive potius murmure suo, fortiuntur, si quidem nominis huius *Indici* ratio reddi potest. Inde porro ipsæ *tibiæ*, præsertim longiores, hincque inflatu difficiliores, *bombyces* vocari, *bombycem*que rursus, singularem aliquam omnis *tibiæ* partem, scilicet ligulam, quæ ad os admovetur, das Mundstücklein, esse, ex ARISTOTELE & POLLUCE, magno adparatu docent 108. SCALIGER, in *L. poët. I. Cap. 20.* CL. SALMASIVS ad *Solinum* Polyhistorum, TVRNEBVS in *L. adversar. XVII. Cap. 2. num. 20.* & CASPAR, THOM. FIL. CASP. NEP. BARTHOLINVS, de *tibiis veterum, & eorum antiquo usu*, *Amst.* 1679. 12. *L. I. Cap. 5. pag. 64.* & *Cap. 6. pag. 80.* Quid, quod & calamum *tibiæ* generi idoneum, sive arundinem, C. PLINIVS s. in *L. Hist. Nat. XVI. Cap. 36. pag. m. 278.* vocat *βουβυλιαρ*, *bombycem*.

III.

CVIVS PLINII *majoris* auctoritate omnes fere utuntur atque ad eius *historiam naturalem* (XI. 22. 23. s. 25. & XXIV. 12. *pag. edit. Basil. Froben. de anno 1554. 194. 195.*) tanquam ad asylum quoddam confugiunt, quotquot hac de re scribunt. Ipsemet 10. MATTH. GESNERVS *Pliniana* verba ab eo perpendenda esse scribit, qui judicare velit, sitne *sericum* hodiernum, illud *bombycinum* PLINII, sive *Affyrium*, sive *Coum*, in *Thes. L. Lat. Tomo I. pag. 623.* Ad ipsum potius fontem, e quo PLINIVS sua, quæ *vera* habet, hausit, lectores ego quidem ablegassem. Magnum puto ARISTOTELEM, *Stagiritam*, Philosophorum longe principem. En ipsa Eius verba, PLINIANIS simillima, quæ in *Hist. animalium*, L. V. *Cap. 19. & 24.* THEODORO GAZA interprete, *pag. m. 944. & 951.* sic leguntur: „*Fit ex quodam verme grandiore, qui veluti cornua*



nua gemina protendit. Suique generis est, primum toto immutato, eruca: deinde quæ bombyx appellatur: ex quo necydalus invalidam dixerim. quæ varia formarum successio, in semestri temporis spatio completur. Ex hoc animalis genere bombycia illa mulieres nonnullæ retorquendo in filum deducunt, deinde texunt. Prima texisse in Co insula, Pamphila, Platis filia dicitur. Nonnulla ex bombycum genere, nidos in acutum exeuntes & luto quasi illitos, vitri specie affigunt lapidi, aut alicui tali, tam crassos, durosque, ut spiculo perforari vix possint. Pariunt in iis, & vermiculos producant candidos, membrana obvolutos nigra: seorsumque a membrana ceram in luto faciunt, quæ multo pallidior sit, quam cera apum. „ Qui nunc perpenlis hisce PLINIVM legit, is facile pervidebit, eum non nisi ARISTOTELIS vitulo arasse. Quæ enim præter ea addidit, maximam partem falsa sunt atque erronea. Licet subinde etiam cum hoc erraverit. Ita vero ILLE, in locis iamiam allegatis: „ De bombycibus, & bombyli, & necydalo, & quis primus bombycinam vestem invenerit. Cap. 22. Quartum inter hæc (insecta) genus est bombycum, in Assyria proveniens, majus, quam supradicta. Nidos luto fingunt, salis specie, applicatos lapidi, tanta duritia, ut spiculis perforari vix possint. In iis & ceras largius quam apes faciunt, deinde majorem vermiculum. Et alia horum origo e grandiore vermiculo, gemina protendente sui generis cornua. Eruca fit dein, quæ vocatur bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus bombyx. Telas araneorum modo texunt ad vestem luxuriamque faminarum, quæ bombycina appellantur. Prima eas redordiri, rursusque intexere invenit in Ceo mulier Pamphila Plateæ filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet faminas vestis. (Cap. 22. DE BOMBYCE COA.) Bombycas & in Co insula nasci tradunt, cupressi, terebinthi, fraxini, quercus florem inbribus decussum terræ balitu animante. Fieri autem primo papiliones parvos nudosque, mox frigorumpatientia villis inborvescere, & adversum hyemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radentes foliorum lanuginem in vellera. Hanc ab his cogi subigique unguum carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Post ea apprehensam corpori involvi nido volubili

lubili. Tam ab homine tolli, fictilibusque vasis tepore & furfurum esca nutriri: atque ita subnasci sui generis plumas, quibus vestitos ad alia pensa dimitti. Quæ vero cæpta sint lanificia, humore lentescere, mox in fila tenuari junceo fuso. Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam. In tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes. Assyria tamen bombyce adhuc faminis cedimus.», Hæc PLINIVS. De quo tamen postea adhuc quædam alia occurrent.


IV.

CVR vero nihil de *bombace* vel *bambace*? Huius enim natura propius considerata, multo facilius erit veterum auctorum explicatio & conciliatio. Aliud namque est *bombyx*, aliud *bombax* vel *bambax*. Aliud *bombycinum*, aliud *bom-* vel *bam-bacinum*. *Bombix* est vermiculus, *bombax* vero, (non illud M. ACC. PLAVTI in *Pseud. Act. I. Sc. II. v. 131. pag. edit. Taubm. 972.* vel vere, vel per ironiam, probantis adverbium) sive *bambax* est lanugo mollior, gossypium, Italii hodie *bambagia* ac *bombazo*, Germanis *Baumwolle*. Huc pertinere credo verba PLINII, in L. XIX. Cap. I. pag. m. 343. „Superior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui gossypion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylinea. Parvus est, similemque barbatae nucis desert fructum. Cujus ex interiore *bombyce* (forsan, ut recte coniicit COLERVS, pag. 4. *bombace*, quod nomen e SVIDA aliisque ibi probatur) lanugo netur. Nec ulla sunt eis candore mollitiave præferenda.», Conveniunt namque cum IVL. POLLVCIS verbis, quæ in L. VII. *Onomast. Cap. 17. segm. 75.* leguntur. „Nunc „vero apud Ægyptios ex arbore *Lana* quædam fit lana, ex qua „vestem confectam lino maxime similem esse, quispiam dixerit, sola „densitate excepta.», Adde PLINII L. XVI. Cap. 24. & L. XII. Cap. 10. 11. Hæc sine dubio illa *lana de ligno* est, quam Græcos ἐρίδουλον vocare, & quam, lana legata, æque ac leporinam, anserinam & caprinam contineri pronunciavit D. VLPIANVS, in L. XXII. *ad Sabinum*, sive in L. 70. §. 2. *de Legatis*

gatis & fideic. 3. Adde L. 55. §. 5. eod. Forſan hoc quoque lanæ genus intellexit D. VLPPIANVS in L. 23. §. 1. de auro, argento, mundo, rel. legatis, dum lanæ lineæque, conſerica autem & bombycina, diſ-junxit.

V.

SED & ſaltim diſtinctionis gratia *byſſi* atque *byſſini* mentio facienda. *Byſſus*, non *lanæ*, ſed *lini*, quædam apud *Indos* ſpecies, e terra proueniens, candida, nec vero vel aurea, vel purpurea, ſanctitatis, caſtitatis, continentię typus, fortiffima, pretioſiffima, mulierum delictum, ex corticibus quibusdam excarminata, de cujus natura atque a ſerico differentia POLLUX, L. VI. *Cap. 17.* STRABO, L. XV. *pag. 1616.* ISIDORVS, L. XIX. *Cap. 27.* PLINIUS, L. XIX. *Cap. 1. §. 27.* L. XIII. *Cap. 1.* PANCIOLOVS *de rebus deperd. & irr. pag. 24.* ibique SALMVTHVS, VOSSIUS in *Lex. Etymol. CL. SALMASIUS ad TERTVLL. de pallio, pag. 219.* OCT. FERRARIUS *de re veſtiaria*, L. XI. *Cap. 4. n. 12.* SAM. PITISCVS, in *Lex. Antiq. b. v. Tomo 1. pag. 304.* De hoc *byſſino lino* locum EZECHIELIS, quem allegant, *Cap. XXVII. v. 7.* ſuo jam tempore explicavit HIERONYMVS. Nam & *byſſi* mentio fit in *Genefi, Cap. XLI. v. 42.* & in *Lucæ Ev. Cap. XVI. v. 19.* ubi purpuræ adjungitur, & *byſſus* in *Iudæa* nata, optima atque celeberrima fuit. PAVSANIA teſte L. V. in *Eliac. Cap. V. pag. 385.* Conf. BOCHARTI *Geogr. ſacra*, L. III. *Cap. 4.* Quid vero *byſſinum opus* in L. ult. §. 7. *de publicanis* fuerit, non minus pro certo affirmarim, quam quod *vaſa* Romani habuerint *byſſina*, PAVLLO ICTO in L. *Rec. ſent. III. 6. 67. pag. 371.* memorata. Forſan ibi legenda ſunt *vaſa buxina*, quod CORN. VAN BYNCKERSHOECK, & ANT. SCHVLTINGIUS, *all. l. nec non 10.* GOTTL. HEINECCIUS ad BRISSEONIVM volunt, *pag. 141.* vel potius, cum *buxinorum vaſorum* nulla in legibus mentio fiat, *murrina*, ab ipſomet PAVLLO, in L. 3. §. ult. *de ſuppelleſt. legata*, ut tam IAVOLENVN, in L. II. *eod.* quam VLPPIANVM, in L. 3. §. 4. *eod.*



eod. taceam, celebrata; de quibus occasione *porcelanæ Mif-nicæ* tantopere meritus est, quem PRORECTOREM suum, die mensis *Sept.* 3. defunctum lugent musæ Lipsienses, *Cel.* 10. FERD. CHRISTIVS, in *Diss. eruditiss. de murrinis veterum, Lips.* 1743.

VI.

INTER hæc tria, *bombycina* (III.) puto, *bambacina* (IV.) & *byssina*, (V.) non nisi BOMBYCINA illa, vere SERICA, tallique texta fuerunt, quæ Germani hodie *Seyden* vocamus, non nisi vermium sericariorum, sive bombycum, *derer Seydenwürmer*, labores, perque hos, mororum, sive arborum mori foliorum, fructus. Adeo, ut sint, qui ne quidem veterum auctoribus toties memoratum *sericum*, pro bombycino & vero texto sericario, ut ita dicam, sed pro quovis potius alio lanificii, molliorisque lanugenis genere, habeant. Ita celebris ille FERDINANDVS WILHELMVS BEER in dem Versuch einer Erläuterung der von dem *Zerodotus* und *Plinius* gegebenen Beschreibung des alten *Scytiens* und einiger von ihnen angeführten *Scythischen Wörter* und *Gebräuche*, und dessen III. Abschnitt, oder der Erläuterung der *Scythischen Landbeschreibung* des *Plinius*, §. 138. pag. 84. des III. Theils der Sammlung von *Erläuterungsschriften* und *Zusätzen zur allgemeinen Welthistorie*, (Halle 4. 1750.) non solum negat, veteres SERES, licet quandoque *ultimi gentium* adpellitentur, hodiernos SINESSES esse, & licet hodiernum magna serici copia e CHINA in Europam & Occidentem perveniat, verum etiam exserte diffitetur, c. PLINII *sericum*, nostrum *bombycinum* sive *Seidenzeug* esse. Merentur verba EIVS, hic quoque legi tota.

„Was die Seres betrifft, so werden sie von einigen römischen
 „Schriftstellern *ultimi gentium* genennet. Nur dürfen wir die
 „se Redensart nicht nach unserm Zustande der Erdbeschreibung aus
 „legen, sonst müsten es vielleicht eher die *Japoneser* oder die *Einwohner*
 „von *Kamschatka* seyn, als die *Sinesen*. Wil man den Be
 „weis von der grossen Menge *Seide* hernemen, die aus *Sina* ge
 „holet



„holet wird, und von den Scribus vor Zeiten Sericum genennet
 „worden sey; so antworte ich: daß, ohne die übrige Schwäche
 „dieses Schlusses zu berühren, Sericum nichts weniger als Sei-
 „denzeug bedeute, wenigstens zu den Zeiten des Plinius nicht,
 „als welcher eine ganz andere Beschreibung davon giebt. Ich wil
 „die Stelle hersetzen, B. 6. c. 17: Seres lanitio sylvarum no-
 „biles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem. Hier
 „wird Baumwolle, in algemeinem Verstande dieses Worts, so
 „deutlich angezeigt, als man wünschen könnte. Ferner: Unde
 „geminus foeminis nostris labor, redordiendi fila, rursum-
 „que texendi, tam multiplici opere, tam longinquo orbe peti-
 „tur. Die Baumwolle wurde demnach nach Rom gebracht, da-
 „selbst gesponnen, und auf allerley Weise verarbeitet, ut matro-
 „na transluceat in publico. Wie dieses von einem Seidenzeuge
 „könne verstanden werden, das sehe ich nicht; denn der allerfeinste
 „Taffend läffet keine Haut durchschimmern, wol aber der Mous-
 „selin, und gegen diesen Uebelstand eifert Plinius. In den fol-
 „genden Zeiten, als die Seracenen den Meister im Orient spie-
 „ten, zog sich die indische Handlung nach Mossul, dahin kam
 „also auch die Baumwolle und die daraus verfertigten feine Zeu-
 „ge, und man brachte sie mit den Caravanen von da in die See-
 „pläze und nach Europa; und wie man sie vorher von dem Lan-
 „de, da sie die europäischen Kaufleute abholten, Sericum nan-
 „te, so nante man sie nach der neuen Niederlage Zeuge von Mos-
 „sul. Plinius redet auch von Seidenzeugen B. 11. c. 22. 23. er
 „nennet sie aber vestes bombycinas, beschreibet die Verwandlung
 „gen der Seidenraupe, und saget, man fände dergleichen in der
 „Insel Coss und in Assyrien, im geringsten nicht bey den
 „Serern.,,

VII.

QVAE, licet non sine magna veri specie scripta fuerint,
 me tamen, ut vel reale quoddam & geneticum, inter *serica*
 & *bombycina* discrimen, vel *sericum* veterum, non tam *bom-*
bycinum, quam potius *bombacinum*, non tam *Seiden*, quam
 potius *Baumwollen*, & quidem singulatim ejus texti *bomba-*
cini

cini speciem, quæ hodie *Musselin* dicitur, fuisse, statuum, neutiquam permovent. Seribus enim, id quod necessario hic obmovendum, tam bombycini, quam bombacini, texti genus, sicque utrumque illud simul, cognitum, usitatum atque vendibile esse potuit. Cum unum alterum haud tollat, vel excludat. Et hodiernum *Baumwolle* & *Musselin* ex eis quoque in Europam exportentur Asiæ regionibus, e quibus etiam veri nominis sericum ad nos asportatur. Deinde nobis hodie non amplius constat ratio & modus, quo sericum bombycinum olim factum, textum, paratumque fuit. Forsan illud olim nondum adeo densum solidumque fuit, ac illud hodie quidem, copiosioribus propiusque invicem junctis filis, textitur. Quo magis enim minusve trama stamini connectitur, fila, vel densius, vel rarius spissantur, & magis minusve corpora per ea adparent vel transparent. Id quod per vestes densiores, multum ictas & bene textoris pectine percussas fieri nequit. Forsan igitur, vel serici & bombycini, vel utriusque differentia, non nisi a ratione texendi, & majori forsan minorive pretio petenda fuit. Verum id, quod præcipuum BEERII argumentum est, *bombacinum* quidem, der *Musselin*, nullum vero *bombycinum* ita pellucidum esse, ut *matrona*, eo vestita, in publico, trans illud lucere, vel saltim a PLINIO in *L. VI. Cap. 17. pag. mihi 85. ubi*: „*Primi sunt bombycinum, qui noscantur, seres, lanicio sylvarum nobiles, perfusam aqua depeſcentes frondium caniciem: unde geminus feminis, nostris labor, redordiendi fila, rursusque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona, transluceat*”, *translucere* dici potuerit, si vel maxime concedatur; licet utrumque variæ, majoris & minoris, hodiernum sit densitatis & pelluciditatis, vel ideo tamen nihil plane probat, quia veteres Romani, idem hoc, quod PLINIVS ceu bonis moribus, pudicitiae & castitati matronali perquam adversum, in serico, vestibusque sericis, reprehendit, si non magis, æque certe tamen de bombycino & vestibus bombycinis dixerint & conquesti fuerint. Generatim namque vestes *bombycinæ*, non minus, quam *sericæ* vestes Græcis & Romanis

manis erant *tenuissima* & *levissima*, ex bombyce concinnatæ. Propriæ ab initio *feminis*, earumque luxui. Simillimæ *araneorum* telis. *Lucidæ* & *lucentes*. *Pellucidæ* & *translucentes*. Accipe nunc *selectiora* quædam hanc in rem *testimonia*.

VIII.

IPSVM primo statim loco audiamus PLINIVM de *bombycibus* L. XI. Cap. 22. pag. m. 194. generatim scribentem, eos telas *araneorum* modo *texere ad vestem luxumque feminarum*, quæ *bombycina* appellantur. Cap. 23. pag. 195. Idem ille non solum fila tenuari junceo fuso, verum etiam viros has vestes Coas levitatem propter æstivam usurpare dicit. *Quæ vero cæpta sint*, scribit ibi, *lanificia, humore lentescere, mox in fila tenuari junceo fuso*. Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam. In tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes. *Assyria* tamen *bombyce* adhuc *fæminis* cedimus. Idem prorsus SERVIVS Maurus Honoratus, VIRGILI in sæculo quinto Scholiastes, ad L. GEORG. II. v. 121. de *bombycibus* perhibet, quod nempe *araneorum* more *tenuissima* deducant fila. Imo *bombyces*, subtilitate texendi, *araneos* adhuc superare, jam ineunte primo post natum Christum sæculo observavit DIONYSIVS, Poëta heroicus & Geographus accuratissimus, dum in carmine suo, a quo nomen *Periegetæ* accepit, v. 757. de *bombycibus* cecinit. „Hæ superant tenues, quas texit aranea telas., Vt IULIVM POLLUCEM, ut CLEMENTEM ALEXANDRINVM, ut TERTULLIANVM aliosque taceam, quos hanc in rem cumulavit laudatus supra IOANNES COLERVVS, Cap. IV. in quo similitudinem *bombycum* & *araneorum* docuit, pag. 13. 14. M. VAL. MARTIALEM tamen, quin adducam, in L. VIII. Epigr. 33. v. 15. 16. pag. (edit. SCHREVEL. HACK. Lugd. 8. 1661.) 145. sic canentem:

Nec vaga tam tenui discursat aranea tela:

Tam leve nec bombyx pendulus urget opus:

tem-

temperare mihi nequeo. Hinc lucem capit ISIDORI supra (pag. 6.) allata phrasis, *araneo æque ac bombyci communis, filum per aëra liquare.*

VIII.

ALTERVM PLINII *bombycinum*, est *Coum*, alterum vero *Affyrium*. Iam vero vestes ex bombyce, vel bombycino *Coo*, in insula *Cous*, a muliere *Coa*, confectæ, hincque *Coæ* dictæ, non minus, quam omnes aliæ sericæ, *pellucidæ* erant, *feminas denudare*, harumque corpora *per* sive *trans* illas *lucere* dicebantur. Ita Q. HORATIVS FLACCVS jam AVGVSTI temporibus: *L. I. Serm. I.* scripsit:

Altera nil obstat *Cois* tibi, pæne videre est
Vt nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi,
Metiri possis oculo latus.

In quem locum HELENIVS ACRON, vetus ille *Grammaticus* & HORATII *Scholias* hæc glossatur: „*perlucida utitur veste, ut ita nuda conspici possit. Hæc enim vestis in Co insula conficitur, per cujus nimiam subtilitatem, quæ sunt interiora, translucent.* Iam antea ALBIVS TIBVLLVS, vestes *Coas*, vestes *tenuēs* vocavit. Quando in *L. II. El. 6. v. 35.* ita cecinit:

Illa gerat vestes tenues, quas femina *Coa*
Texuit, auratas, disposuitque vias.

Itemque *L. II. El. 4. v. 27. sq.*

Opereat quicunque legit, viridesque smaragdos,
Et niveam Tyrio murice tingit ovem.
Hic dat avaritiæ causas, & *Coa* puellis
Vestis, & e longo lucida signa mari.

Sive:

Hic dat avaritiæ stimulos, hinc *Coa* puellis
Vestis, & a rubro lucida concha mari.

Idem vult, qui *Coæ* vestis (*impudicæ*) & *texturæ* sæpius meminit s. AVR. PROPERTIVS in *L. I. El. 2. v. 2.*

Quid juvat ornato procedere vitta capillo?
Aut *tenuēs Coa* veste movere sinus;

item-

itemque in *L. II. El. i.*

Sive togis illam fulgentem incedere Cois,

Hoc totum e Coa veste volumen erit.

Huc adludit P. OVIDIVS NASO in *L. Amorum II. v. 298.*

Sive erit in Cois, Coa decere puta.

Adeo, ut quoties *pellucidam* vestem, sive pelluentem *togam* legimus, semper de *serica* & *bombycina*, singulatim *bombycina* PLINII *Coa*, utrique sexui jam tum communi, veste nobis cogitandum sit. *Velis*, non *togis* amictos, tales pellucas vestes gerentes, jam M. TVLLIVS CICERO adpellavit, & VARRO apud NONNIUM, togas ejusmodi *vitreas* dixit. Conf. OCTAVIVS FERRARIUS in *L. de re vestiaria l. Cap. 10.* in *Vol. Thesauri Antiquitatum Romanarum* 10. GE. GRAEVII VI. col. 658. Adde FABRI *Semestria L. I. Cap. 16. pag. 92.* & longe Cel. GESNERI *Tomum I. col. 322. § 1238. voce Cea & Cous.*

X.

EANDEM pelluciditatem sive *διαφάνειαν*, de altero quoque & *Affyrjo* quidem PLINII *bombycino* probari potest, luculentis sane veterum scriptorum testimoniis. Non tam IVN. IVVENALIS, vel in *Sat. VI. v. 258.* ubi:

Hæc sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum

Delicias, & panniculus bombycinus urit, illas delicatulas, quæ in circulari rotunda veste, ex tenuissimo filo facta, tamen sudant, & quas etiam tenuissimus ille pannus *bombycinus* pondere suo gravat uritque, vel in *Sat. II. v. 48.* pelluentes, sive potius seminudos illos, vid. FERRARIUS, col. 657. 658. false ridentis, quam potius tum s. AVR. PROPERTII, qui in *L. II. El. 3. v. 25.* diserte:

Nec si qua Arrabio lucet bombyce puella,

Non sum de nihilo blandus amator ego, tum inprimis etiam M. VALERII MARTIALIS, qui in *L. VIII. Epigr. ad ENTELLVM, LXVIII. pag. mihi 467.*

Condita perspicua vivit vindemia gemma,

Et tegitur felix, nec tamen uva latet.

Fœmineum lucet sic per bombycina corpus:

Calculus in nitida sic numeratur aqua.

Qui etiam alibi bombycinorum sive vestium *bombycinarum* muliebrum, quas PLINIVS *Affyras* dixit, meminit. Quando e.g. in *L. XI. Ep. L. v. 5. pag. 633.* queritur

Nunc furtiva lucri fieri bombycina possunt
& in *L. XIV. Ep. XXIV. pag. 747.* scribit:

Tenuia ne madidi violent bombycina crines:

Figat acus tortas, sustineatque comas.

Hosce vero testes omnes rursus, fide, quam hic contra interpretes suos, ambitiososque subinde commentatores, nobis facere poterit, facile superat ipsemet PLINIVS. Quando in *L. XI. Cap. 22. pag. m. 194.* de vestibus *bombycinis* (non *sericis*, de quibus alio loco jam egerat, in *L. scilicet VI. Cap. 17. pag. 86.*) ex illo, quod in *Affyria* & *Ceo*, proveniat, bombycum genere conditis, luxui feminarum inservientibus tradit, eas, in *Ceo*, sive *Coo*, a muliere *Pamphila*, *Plateæ* filia, inventas fuisse, „non fraudanda, gloria excogitata ratio-
„nis, ut denudet feminas vestis.“ Nonne 10 feminas, quas vestire deberent, denudare, quod PLINIVS hoc loco de vestibus *bombycinis* ex bombyce in *Coa* insula confectis, dixit, prorsus idem illud est, quod altero loco de vestibus e *Serum* lanificio *Romæ* textis, sicque tam longinquo orbe petitis, & tam multiplici opere paratis, perhibuit, quod *matrona in publico* (per illas) *transluceat*. Ideo translucebant matronæ, quia vestis eas quasi denudabat. Et ideo vestis eas denudare dicebatur, quod per eam translucere corpora matronarum. In quas ideo sic invehitur L. ANNAEVS SENECA, M. Fil. Philosophus in *L. de benef. VII. Cap. 9. pag. edit. Jansson. Amstel. 8. 1619. Tomo I. pag. 180. 181.* „Video sericas vestes, si vestes vo-
„cande sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut deni-
„que pudor possit: quibus sumptis, mulier parum liquido nudam se
„non esse, jurabit. Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad com-
„mercium gentibus (*Seribus*) accersuntur, ut matronæ nostræ, ne
„adulteris quidem plus sui in cubiculo, quam in publico ostendant.“

Adde *Epistolam* ejus XC. pag. 529. ubi: „*posse nos vestitos esse sine commercio Serum*„ rel. & pag. 530. „*Ecce Posidonius, ut mea fert opinio, unus ex iis, qui plurimum philosophiæ contulerunt, dum vult describere primum, quem ad modum alia torqueantur fila, alia ex molli solutoque ducantur: deinde quem ad modum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quem ad modum subtemen insertum, quod duritiam utrumque comprimentis tramæ remolliat, spata coire cogantur & jungi: textricum quoque artem a sapientibus dixit inventam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, in quo*

Tela jugo juncta est, stamen secernit arundo.

Inseritur medium radius subtemen acutis,

Quod late feriunt infecti pectine dentes.

(OVID. *metaph. L. VI.*) *Quid si contigisset illi videre has nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est.*„ Idem *SENECA Cap. XVI. pag. 142. Tomo Opp. II. sic consolatur HELVIAM, matrem:* „*Non faciem lenociniis ac coloribus polluisti: nunquam tibi placuit vestis, quæ nihil amplius quam nudam componeret. Unicum tibi ornamentum, pulcherrima, & nulli obnoxia ætati forma: maximum decus, visa est pudicitia.*„ Adde *Controv. VII. L. II. pag. 71.* „*Infelices ancillarum greges laborant, ut adultera tenui veste perspicua sit: & nihil in corpore uxoris suæ plus maritus, quam quilibet alienus peregrinusque agnoverit.*„ Cæterum vestes hæ pellucidæ, sive lucentes, collucentes, translucens, fulgidæ & fulgentes in antiquitate magis feminis, quam viris tribuuntur & exprobrantur. Nisi quod de *Tarentinis* scripserit *CLEARCHVS:* „*Portabant vestes clavatas pellucas, quibus mulieres delicatæ nunc utuntur,*„ apud *ALB. RVBENIVM* in *L. de re vestiaria I. Cap. X. in Vol. Thesauri GRAEVIANI VI. & de juvenibus Romanis memoriæ prodiderit DIODORVS SICVLVS* in *Excerptis L. XXXVI. a H. VALESIO editis:* „*quod in foro vestes gestaverint ex mollissima lana, teuves ac pellucas, prorsusque muliebribus stolis persimiles.*„

XI.

NON solum itaque, quod me hactenus satis superque probasse confido, *bombycinum* æque ac *sericum*, pellucidum fuit, verum *hoc*, *sericum*, *illo*, *bombycino*, multo minus adhuc pellucidum & translucens fuisse hinc porro abunde patet, quod *sericis*, non vero *bombycinis*, ad arcendam solis molestiam, in theatro usus fuerit *cortinis* C. IVLIVS CAESAR, qui DIONE CASSIO in L. XLIII. pag. 256. teste, „*ne quis spectantium a sole molestaretur sericas cortinas, ut quidam auctores sunt, super eos extendit.*„ Sunt quidem, qui huncce DIONIS locum, non nisi de texto sub-vel semi-serico, cujus sc. *stamen* ex lino, *subtemen* autem ex serico fuerit, explicant, cum AELIVS SPARTIANVS, historiæ augustæ, sæculo tertio exeunte scriptor, primum Romanorum dixerit HELIOGABALVM, qui sericam, id est, holosericam, cum ante subserica modo in usu fuerit, vestem induerit. Sed illi non perpendunt sequentia proxime DIONIS verba „*sericum, quo theatrum Cæsar velavit, fuit texture barbaricæ luxuriæ ad supervacuum luxum Romanarum mulierum advecta.*„ Quid quod IDEM hic DIO de CALIGVLA tradiderit, eum „*chlamydem sericam purpurei coloris induisse, & ut plurimum in serico vestitu, aut triumphali ornatu in publico versatum fuisse.*„ Novo sic argumento, communi puta utriusque pelluciditate, probari potest, unum re vera idemque fuisse, veterum *sericum* & *bombycinum*, in eo saltem dissentientium, quod *sericum* alii, quos inter recentiores IVSTVS potissimum LIPSIVS secutus est, arborum lanuginem, sive aqua mollitam canitiem, ab Indis ex arboribus depectam, alii vero vermium & bombycum opus atque filamentum fuisse crediderint.

XII.

QVAMVIS, ut verum fatear, nec quidquam dissimulare videar, ipse, quem supra aliquoties laudavi, præclarus ille rei veterum vestiariæ scriptor, OCTAVIVS FERRARIUS, L. I. Cap. 19. & 20. col. 656. & 657. Vol. Thesauri GRAEVIANI III.

nihilominus utrumque, & *bombycinum*, tam *Coum*, quam *Affyrium*, si modo diversa hæc fuerunt, & *sericum Indicum*, pellucidum, translucens, fœminasque denudans, hocque ipsum ut transluceat corpusque nudet, bombycino, serico & subserico commune vel potius intuitu lanæ & bambacis si forsan a tenuissima, subtilissima & rarissime texta discesse-
 ris, proprium dixerit, licet ex eorum numero sit, qui PLINIVM veluti defensuri, sericum, bombycinumque, diversa textorum genera fuisse perhibent. Cum tamen certo certius sit, *utrumque* illud, tam sericum, quam bombycinum, non nisi quorundam vermiculorum sive BOMBYCVM, ad quos nunc tandem velut e diverticulo, in quo nimis diu forsan substiti, redeundum mihi est, labor & opus fuerit, nec ullum veri nominis sericum vel bombycinum *Scyden* detur, quod arbores, sine vermiculis & bombycibus producerent. Quam ob rem nulla alia, sericum inter & bombycinum concedi potest differentia, quam quæ forsan vel a loco & solo natali, vel a modo & ratione illud parandi texendive, sive a majori minorive ejus præstantia, varioque hinc pretio, provenisset. Forsan sericum, stricte sic dictum, ab Indis, sive primis & ultimis hominum, quos Europæa antiquitas novit, ad Græcos & Romanos advectum, bombycino, generatim sic dicto, illoque sæpius occurrente, nobilius, præstantiusque, hincque etiam, tamquam bombycinum optimum, stricte loquendo, & κατ' ἐξχρὶν sericum dictum fuit. Sicut enim bombycinum, vel solo PLINIO auctore, aliud *Coum*, aliud vero *Affyrium*, & hoc quidem illo pretiosius multo, fœminisque præ viris proprium fuit; ita hoc ipsum forsan bombycinum PLINII *Affyrium*, quo tum viri nondum utebantur, idem illud sericum PLINII *Indicum* fuit, quod pariter non nisi fœminarum, uti labori, ita & luxui, inserviebat. Nec obstat, quod is sericum *lanificii* genus dixerit. Per synecdochen namque, tam lanæ, quam *serici* & *bombycini* vox, ad omnem tenuiorem mollioremque lanuginem materiamve, unde vestes texerentur, ipsum adeo *gossypium* (IV.) extensa fuit.

XIII.

GENERATIM præterea, nec dicere, nec mirari, satis possum, quod veteres scriptores omnes, Græci & Romani, ne ipso quidem ARISTOTELE, multo minus c. PLINIO S. *Veronensi* excepto, in magna licet, qua Græcos & Romanos nihilominus gavisos fuisse constat, serici & bombycini copia, veram tamen illius originem, indolem, fabricam sicque etiam *bombycem* ipsum, vermem illum sericarium, den *Gendelmurm*, ejus naturam, structuram, nutritionem & laborem, vel plane ignoraverint, vel, quæ de eo tradiderunt, memoriæque posterorum in scriptis suis reliquerunt, tot erroribus, fabulisque maculaverint, ut jam nunc vix discerni amplius queat, num verum & hodiernum nostrum cognoverint *bombycem*. STRABO certe, Geographus & Historicus accuratissimus, qui ne Indiæ quidem formicas, Armeniæque oricas præterit, nullam ejus facit mentionem. Nisi quod ex NEARCHO, mendacissimo, ut ipse affirmat, rerum indicarum scriptore, in L. *Geogr.* XV. pag. 476. edit. *Basileensis* 1523. hæc referat: „In quibusdam lanam innasci, ex qua Nearchus ait *Sindonas* texti & Macedones ea pro tomento usos sagula confecisse, & serica hujusmodi esse, bysso scilicet ex corticibus quibusdam exarminata.” P. VIRGILIUS MARO, C. PLINIVS major, sive senior, Veronensis, PAVSANIAS, C. IULIVS SOLINVS, PLINII semia, & AMMIANVS denique MARCELLINVS omnesque alii, quotquot bombycis & vel *serici* vel *bombycini* meminerunt, narrationibus suis talia immiscent, qualia hodie saltem vix, vel certe aliter longe observare licet. Latius hæc profecutus est COLERVVS, in *Diff. de bombyce*, quam & sub ADAMI TRIBBECHOVII nomine allegari, observasse mihi videor, *Cap. V. & VI. pag. 15. sq. & 17. sq.* Eorum omnium nullus certe, umquam talem vermem, qualem *bombycem* vocamus, ipse vidit, multo minus eum examinavit, inque modum, sericum inde parandi, inquisivit. Quo quidem diu utebantur Romani, veræ illius fabricæ prorsus ignari, variarumque ejus specierum nescii. Neque enim vel bom-

byces alebant educabantque, sericum inde parantes ipsi, neque crudum ad se advectum texebant sericum, hoc potius, & bombycinum quodcunque, ab exteris, qui potissimum Seres fuerunt, ut P. VIRGILIUS MARO scribit:

Ignoti facie, sed noti vellere Seres,
maximo pretio ementes, hisque solis omnem ejus nendi texendique curam, citra curiositatem, relinquentes. Apprime hæc, quæ de veterum, si non crassa ignorantia, rudi tamen cognitione bombycis & bombycini adhuc dixi, responsionem ad L. 23. §. 1. de auro & argento legato in Cap. Diff. VII. pag. 18. 19. datam confirmant. Quis enim meliorem accuratiorumque a 1CTIS desideraverit *bombycini*, variarumque ejus specierum cognitionem, quam illi tradebant ipsi, qui *historiam*, præsertim *naturalem*, & *geographiam* ex instituto scripserunt, magnæ alias inter istos auctoritatis. Cujus exempla quam plurima collegit FRIDERICVS STRVNZIVS, in Diff. I. de poetarum, sigillatimque Homeri auctoritate apud Juriconsultos, Vitemb. 1717. ed. Cap. I. §. 1. Cum præsertim, idem illud sericum & bombycinum, quod DOM. VLPIANVS ibi particulis adversativis (VEL *serica*, VEL *bombycina*) disjunctis, alius ejusdem famæ & ætatis 1CTVS, IVLIVS nempe PAVLLVS, in L. Sententiarum Receptarum III. Tit. 6. §. 79. apud ANT. SCHVLTINGIVM in *Jurisprudentia vet. ante-Justiniana*, pag. edit. AYRERIANÆ 374. particula copulativa ET conjunxerit, scribens: „*Veste legata, ea cedunt, quæ ex lana & lino texta sunt: ita SERICA ET BOMBYCINA; quæ tamen induendi, operiendi, cingendi, sternendi, injiciendique causa parata sunt.* „ Non differunt, notat ibi SCHVLTINGIVS, *serica & bombycina*, nisi ut genus & species: fiunt enim ex lanugine illa, quam producunt bombyces, cujus species *serica*, quæ advebebatur a Seribus. Qua de re pluribus disputat magnus ille SALMASIVS, tam ad TERTVLLIANVM de pallio, quam ad VOPISCI Aureliani, in Cap. XLV. (Adde ad Solinum). Videtur quidem alias IVLIVS PAVLLVS, arg. L. 43. de actione emti venditi & L. 40. de rebus creditis DOMITII VLPIANI æmulus, huicque sæpius, forsan ex odio tantum & invidia, contraxisse.

dixisse. Conf. IAC. CUIACIUS in L. *Questionum* PAVLLI III. pag. 558. A qua tamen nota eum jam plene absolvit AELIVS LAMPRIDIVS in *Alex. Sev. Cap. LXVI. pag. m. 363.* ubi hujus amicos DOM. VLPIANVM & IVL. PAVLLVM juris peritissimos aliosque (*Cap. LXIX. pag. m. 365.*) malitiosos, factiosos, callidos, ad malum consentientes, bonorum inimicos, circumventores ejus fuisse negavit. Conf. SCHVLTINGIVS, *all. loco, pag. 558.* & illustriS ADRIANVS STEGERVS in *diff. de D. VLPIANO ICTO Lipsf. 1725. ed. Sect. I. §. 12. pag. 20.*

XIII.

DE physica, anatomica, medicaque, vermium sericarium, indole & natura, in capite *Dissertationis* IV. multa quidem egregia leguntur. Sed vellem tamen, præter ANT. a LEEWENHOEK, in *epistola* (ad Landgravium Hassiæ CAROLVM) 146. *pag. Arcanorum naturæ Tomi IV. 409. m. sq.* neglecta haud fuisset triga auctorum, hic omnino supplenda. Vnus est celebris ille Amstelodamensium Physicus & Medicus, IOANNES SWAMMERDAMM, in *der Bibel der Natur oder Beschreibung derer Insecten, (fol. Lipsf. 1752. cum Præf. H. BOERHAVII) pag. 108. 127. 131. 132. 166. 167. 174. 189. 190. 205. 212. 221.* Alter vero sit August Johann Rösel, von Rosenhof, in *der monatlich herausgegebenen Insecten-Belustigung dritten Theil, (Nürnberg. 4. 1755.) Num. VII. VIII. und IX. pag. 37 - 62.* Tertius denique esto celeberrimus ille Gallus, qui de insectis omnium optime meritus est, Dn. de REAUMVR, *dans ses Memoires pour servir à l'Histoire des insectes, Tom. I. Mem. I. XII. XIII. sq.* Inprimis autem corporis bombycum structuram, culturam & nutrimentum, nec non singularem cum araneis, quibus tamen in multis similes deprehenduntur, antipathiam latius descripsit CHRIST. FRID. GARMANNVS in *Ephemeridibus Academiae Naturæ Curiosorum Cæsareæ, Dec. I. Anno I. 1670. obs. 121. & 122. pag. 244. 245. sq.* Alia, non minus accurata, ope microscopii a IO. de MVRALTO facta, bombycis descriptio ibidem in *Dec. II. Anno II. 1683. obs. 28. pag. 52. sq.* legitur. Sicut & in *Dec. I. Anno I. 1670. obs.*

obs. 13. pag. 43. traditur, bombyces sericum non ab ore, sed ex mammis eructare & ore decerpere & applicare. Fabulam vero, quam & PETRVS GASSENDVS & VLYSSES ALDROVANDVS, multique alii, crediderunt, bombycum semen, ex foliis mori saturatis & putrefactis excitari posse, refutavit FRANC. REDVS in *Exper. circa generat. insectorum*, 12. *Lugd. Batav.* 1729. pag. 196. 197. 198. Conf. die Breslauische Naturgeschichte, VI. Versuch, pag. 1742.

XV.

VARIAS & notabiles quidem, prorsusque distinctas, bombycis metamorphoses non possum non elegantissimis brevissimisque verbis hic describere, quibus id in IACQUES SAVARY DES BRVSLONS & PHILEMON LOYS SAVARY, fratrum, *Dictionnaire universel de commerce, d'histoire naturelle & des arts & metiers*; Tome III. P --- Z. v. SOYE, col. 904. ita factum fuit. „ De graine ou semence, qu'il est d'abord, il devient un ver assez gros, d'un blanc tirant sur le jaune; devenu ver il s'enferme dans sa coque, où il prend la forme d'une espece de fève grisâtre, à qui il semble ne rester ni mouvement ni vie; il ressuscite en suite pour devenir papillon, apres s'etre fait une ouverture pour sortir de son tombeau de soie; & enfin mourant veritablement il se prepare, par la graine ou semence qu'il jette, une nouvelle vie que le beau tems & la chaleur de l'Été lui doivent aider à reprendre. C'est de cette coque où le ver s'etoit enfermé qu'on nomme Cocon & Coucon, qu'on tire les différentes qualités des soies qui servent également au luxe & à la magnificence des riches, & à la subsistence & à la nourriture des pauvres qui les filent, les dévident ou les mettent en œuvre,, Hæc

admiranda TIBI levium spectacula rerum
hæc admiranda inquam naturæ, in solo & unico hoc bombyce, ænigmata, mirabiles hæ & nunquam satis mirandæ bombycis metamorphoses, jam multos doctos piosque naturalistas in laudes vermis huius rapuerunt. Sic eum jam olim celebris quondam Episcopus Albenfis in monte ferrato IEREMIAS VIDA, Cremonensis, gravi quodam & egre-

gio carmine latino decoravit, quod IOS. SCALIGER in *hypercritico* suo omnium VIDAÆ librorum Regem dixit. Eodem fere modo Dominus quoque de FRANCHEVILLE, Academiae regiæ Berolinensis membrum, novissime eum amœno poemate gallico, sub titulo: *Le Bombyx, ou le Ver à Soie: Poème accompagné d'une Instruction, qui en est tirée, & qui contient en abrégé des observations nécessaires, tant sur le murier que sur le Ver à Soie, à Berlin chez J. Jaspersd, 12. 1754.* edito, concelebravit, nec vero, ut VIDA olim, in solo verme substitit, sed potius in sex libris ab ovo, usque ad mortem, morum, variique generis texta serica, progressus fuit. Sequenti hujus poematis principio, me lectores meos delectaturum fore confido.


„Je chante le BOMBYX, vermisseau foible & vil,
 Mais dont le seul instinct lui fait ourdir ce fil,
 Vni, doux, fin, durable, & d'un plus noble usage,
 Que n'est du blanc coton le paresseux filage,
 Ou que n'étoit jadis la superbe toison,
 Qu'aux forets de Colchos ravit l'heureux Jason.
 Rare présent du Ciel! prodige inconcevable.
 Qu'un ver, de la nature avor- ton méprisable,
 Ait l'art de convertir en un fil précieux
 De légers alimens, qu'il consume à nos yeux.
 Veritable phœnix, il meurt, il ressuscite;
 Vrai Protée en sa forme, il la prend, il la quite;
 Et d'oeuf qu'il est d'abord, trois fois renouvelé,
 Devient reptile, nymphe, & volatile ailé.,

Adeo scilicet IDEM non semper est IDEM. BARLAEO rem ita exprimente.

„Pene nihil fueram jam longum tendor in orbem
 nunc eo, mox penna liberiore volo.

(D)

Jam



Jam lateo tectis, mox rursus liberor iisdem,
 nunc dapibus potior: nunc dapibus careo.
 Jam piger incedo lente, jam fila laboro,
 jam veneris posco gaudia, jam fugio.
 Vixi, & quem dederat cursum natura peregi,
 fataque dum subeo plurima, sponte necor:
 Quodque prius fueram, rursus dissolvor in ovum,
 principio fini conveniente suo.

Fuit non nemo, qui bombycem ita de semetipso loquentem induxit. „*Ex ovo prodiens ultro implumis Prothea supero mutando formam: Lazarum æquo duplici morte: Attalum æmulor relinquendo mei studiosis pulchram ac divitem hereditatem: hoc habens peculiare præ illis, quod & spem relinquam posteritatis ter quotannis transformandæ, bisque victuræ, bisque morituræ.* „ Aliis alia sunt, bombycem tamen facile proidentia, ænigmata. Aliis denique *bombyx*, typus est, & præsentis vitæ voluptatis, curæ mundanæ, conscientiæ, imprimis vero etiam, BASILIO, MAYOLO & ALDROVANDO allegoriam hanc quam longissime prosequentibus *resurrectionis*, corporum nostrorum, imago.

XVI.

NUNC vero etiam quædam alia de SERIBVS, populo, si fabula vera est, primo omnium bombycini texti adinventore, addenda sunt, quam quæ *Cap. V. pag. 14.* leguntur. Meminit SERVM, omnium, quos scio, ante CHRISTVM natum primus paullo clarius, tam VIRGILIUS MARO in *L. Georg. II. v. 121.*

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana,
 Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres,
 Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
 Extremi sinus orbis? ubi aera vincere summum.

quam



quam Q. HORATIVVS FLACCVS, L. I. *Od.* XII. v. 55. 56.

Sive subiectos orientis oris

Seras & Indos :

Deinde post CHRISTVM natum POMPONIVS MELA, in L. *de orbis situ* l. Cap. 2. pag. m. 5. „*In Asia primos hominum accipimus ab Oriente, Indos, SERES, & Scythas. Seres media ferme Eoæ partis incolunt, Indi & Scythæ ultima: ambo late patentes, neque in hoc tantum pelagus effusi: spectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici maris (nisi ubi æstus inhabitabilem efficiunt) diu continuis gentibus occupant: spectant & septentrionem Scythæ, ac litus Scythicum, nisi unde frigoribus arcentur, usque ad Caspium sinum possident*„ PLINIVS, L. VI. Cap. 17. cui tit. *Scytharum gens.* pag. 86. „*Primi sunt hominum, qui noscantur, Seres, lanitio sylvarum nobiles, rel. vid. supra pag. 13. Seres mites quidem, sed & ipsi feris persimiles, cætum reliquorum mortalium fugiunt, cum commercia expetant. Primum eorum noscitur flumen Psittaras*„ rel. L. VI. Cap. 22. *Taprobane insula,* pag. 90. „*Seras quoque ab ipsis adspici, notos etiam commercio: patrem Rachicæ comæasse eo, advenis ibi feras occurrere. Ipsos vero excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris sono truci, nulli commercio linguæ. Cætera eadem quæ nostri negotiatores. Fluminis ulteriore ripa merces positas juxta venalia tolli ab his, si placeat permutatio*„ L. XXIII. Cap. 14. *de ferro,* pag. 601. „*Ex omnibus autem generibus palma serico ferro est: Seres hoc cum vestibus pellibusque mittunt.*„ Nominat is quoque L. VI. Cap. 13. pag. 84. *Oceanum sericum ab oriente.*„ CLAVDIVS PTOLOMAEVVS, *Alexandrinus,* in L. VI. Cap. 15. *Tab. 8. Asiæ,* pag. 113. editionis meæ *Lugdunensis* in fol. de anno 1535. „*Serica terminatur ab occasu Scythia, a septentrionibus & ab oriente terra incognita, a meridie reliqua parte Indiæ extra Gangem. Montes autem cingunt Seras, qui Annibæ appellantur. Sericæ autem regionis maximam partem duo percurrunt fluvii,* rel. *Sera metropolis.*„ C. IULIVS SOLINVS, *Polybistor,* qui tamen ultra PLINIVM vix sapuit, in Cap. LXIII. „*Qua ab Scythico Oceano, & mari Caspio in Oceanum Eoam cursus fle-*

Etitur, ab exordio hucusque plagæ profundæ nives, mox longa deserta, post Antropophagi gens asperrima, dein spatio sævissimis bestiis efferata ferme dimidiam itineris partem impenetrabilem reddiderunt. Quarum difficultatum terminum facit jugum mari imminens, quod Tabin Barbari dicunt. Postque adhuc longinquæ solitudines. Sic in tractu ejus oræ, quæ spectat æstivum Orientem, ultra in humanos situs primos hominum SERES cognoscimus, qui aquarum aspergine inundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram subtilitatem humore domant ad obsequium. Hoc illud est sericum in usum publicum damno severitatis admissum, & quo ostendere potius corpora, quam vestire, primo fæminis, nunc etiam viris persuasit luxuriæ libido. Seres ipsi quidem mites, & inter se quietissimi, alias vero reliquorum mortalium cætus refugiunt, adeo ut cæterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluvium mercatores ipsi transeunt, in cujus ripis nullo inter partes linguæ commercio, sed depositarum rerum pretia oculis æstimantes, sua tradunt, nostra non emunt., AMMIANVS MARCELLINVS L. XXIII. Cap. 28. pag. m. 466. 467. „Agunt autem ipsi quietius Seres, armorum semper & præliorum expertes, utque hominibus sedatis & placidis est otium voluptabile, nulli finitimorum molesti. Cæli apud eos jucunda salubrisque temperies, aeris facies munda, leniumque ventorum commodissimus flatus, & abunde sylvæ sub lucidæ: e quibus arborum fætus aquarum asperginibus crebris, velut quædam vellera molientes, ex lanugine & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam petunt: nentesque sub regmina conficiunt sericum, ad usum ante hac nobilium, nunc etiam infimorum sine ulla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi pacatoris vitæ cultores vitantes reliquorum mortalium cætus. Cumque ad coemenda fila, vel quædam alia fluvium transierint advenæ, nulla sermonum vice propositarum rerum pretia, solis oculis æstimantur: & ita sunt abstinentes ut apud se tradentes gignentia, nihil ipsi comparent adventitium. Ariani vivunt post feras, Boreæ obnoxii flatibus., & PAVLLVS denique OROSIVS, qui eos, in L. I. Cap. 2. & in L. III. Cap. 23. inter duos annes, Hydæsum & Indum constitutos fuisse perhibet. Omnia tamen hæc, aliaque nonnulla veterum loca,

neutiquam

neutiquam sufficiunt ad determinandas ostendendasque hodie illorum regiones & habitationes. Indos, Scythas eos fuisse, remotissimos fere, dubio caret. Sicut vero in Scythis generatim, ita speciatim quoque in Seribus rite locandis, mire dissentire auctores jam CHP. CELLARIUS in *L. Geogr. antiquæ* III. Cap. 24. pag. 880. & 887. doluit. Inprimis vero hodie controversi solet, num SERES illi, hodierni nostri quos noviore nomine sic vocamus, *Sinenses* vel *Chinenses* fuerint, nec ne? aliis hoc adfirmantibus & potissimum exemplo atque auctoritate HUMPHREDI PRIDAVX in *Connex.* P. II. L. 8. in f. & *autorum der allgemeinen Welthistorie* III. Buch, 17. Hauptstück, §. 91. not. B) XII. Theil, 95. Seite, perhibentium „Die Seres seyen eben das Volk, welches wir ansezo die Chineser nennen,, Aliis contra hoc pernegantibus, eosque, cum SIGFR. BAYERO in *Originibus Sinicis*, Petrop. 1730. ed. pag. 309. Persis viciniore statuendum, quam Chinesibus. Aliis distinguendum, & Seres atque Sericam, partem saltem Sinensis populi & regionis (an der mitternächtlchen Gränze des Landes der Siner oder südwärts gegen die Caspische See) fuisse docentibus. Aliis hodiernos quosdam *Russie* populos, veterum Seres putantibus. Vid. III. Theil der Sammlung von Erläuterungsschriften und Zusätzen zur allgemeinen Welthistorie, pag. 217. b. nota F. Aliis Serum nomen non tam singularis & totius cujusdam populi, quam potius negotiatorum & mercatorum, quos Vsbecki hodiernum Sâr vel Sâst vocant, nomen fuisse opinantibus. III. Theil der Sammlung etc. §. 159. pag. 94. 95. Conf. omnino præter jam laudati BAYERI varios in Commentariis Petropolitans legendos labores circa *origines Scytharum & Sinarum*, præter PHIL. IAC. de STRAHLENBERG mappam & introductionem, sive Nord- und Oestliches Theil von Europa und Asia, Leipzig 1730. 4. præter Abbatis GUYON *hist. des Indes orientales, anciennes & modernes*, III. Part. Paris 1744. tum die Uebersetzung der Geschichte der Chineser, aus der neuen Ausgabe der allgemeinen Welthistorie (IV. Buch, 32. Hauptstück, XX. Band, 1015. Seite) in dem IV. Theil der Sammlung von Erläuterungsschriften und Zusätzen zur allgemeinen Welthisto-

rie, (4. Halle 1756.) I. Abschnitt, S. 155. pag. 237. sq. tum & præcipue quidem, tanquam hoc loco prætermisum, eximium prorsus commentarium Academiæ Regiæ scientiarum Parisiensis, dans l'histoire de l'Académie Royale des Sciences, année 1718. à Amsterdam 1723. ubi, pag. 88. 89. 90. 91. hæc, apprime huc facientia, leguntur: GEOGRAPHIE sur la Chine ancienne & moderne. „M. le Duc d'Escalonne, Associé Etranger de l'Académie, lui a envoyé une Carte de la Chine, faite de main Chinoise & en caractères Chinois, & fort différente des nôtres. Il n'y a point de degrés de longitude, ni de latitude, les Villes considérables y sont représentées par des quarrés, peut-être parce que les Chinois ont affecté cette figure en les bâttissant, toujours est-il certain par les Relations que Peking est quarré, & qu'ils croyent la Terre quarrée. Cette idée peut leur être venue de ce que la Chine l'est à peu près, car la Chine est selon eux tout ce qu'il y a d'important sur la Terre. M. Delisle à qui cette Carte fut remise, l'ayant donnée à étudier à M. de Fourmont, qui pousse la connoissance des Langues jusqu'au Chinois, il sut par lui qu'elle contenoit les noms anciens & modernes des principales Villes, & qu'au bas étoit un dénombrement des Tributs de chaque Province, soit en argent, soit en marchandises. Les peuples voisins de la Chine sont jettés comme au hasard vers les bords de la Carte, & désignés par les noms d'Hommes monstrueux, Géants, Nains, &c. Ils ne méritent seulement pas, qu'on les appelle de leurs véritables noms. Comme cette Carte Chinoise peut beaucoup servir à la comparaison de la Chine ancienne & moderne, M. Delisle a tâché d'en tirer des lumières. Par exemple, il y est marqué, que la Province de Chanton, qui est dans la partie Septentrionale de l'Empire, fournit la Soye, & de-là il conjecture qu'elle est la Serique, si fameuse chez les Anciens. Il est vrai, que Ptolomée distingue la Serique du Pais des Sines, qui doit être la Chine d'aujourd'hui, mais il est fort possible que du tems de Ptolomée on ne donnât le nom de Pays des Sines qu'à la partie Meridionale de la Chine; & en effet il met au 35^{me} degré de latitude les limites de sa Serique & de son Pais des Sines qui est plus Meridional, & c'est à ce même degré, à 15. près, que sont par les observations modernes les limites de la Province de Chanton

Chanton, & de celle de Nanzin, qui sans difficulté étoit enfermée dans le Pays des Sines.

Il est bon de remarquer, que Ptolomée nous avertit lui-même, que c'est vers le 36me degré de latitude, ou vers le Parallele de Rhodes, que l'on avoit de son temps le plus d'observations. Il est aisé d'en voir la raison par les navigations, qui se faisoient alors, & elle avoit lieu pour les navigations même, qu'on entreprenoit dans les Mers d'Orient plus fréquentées vers ce même Parallele, à cause des marchandises, qu'on y alloit chercher. On doit donc se fier à Ptolomée sur la position des confins de la Serique, & du pays des Sines, & par conséquent tendre la Serique à la Chine Septentrionale.

Cependant toutes les Cartes mettent la Serique dans la Scythie, mais il y a grande apparence, que c'est une faute, Ptolomée ne l'y met pas, & d'ailleurs la Serique doit produire de la Soye, & il n'en vient point aujourd'hui dans la Scythie des Anciens, qui est nôtre Tartarie. &c. ,,


Sicut vero totam hancce litem & investigationem geographico-historicam meam non facio, ita nihil prorsus hic addo, quam quod L. IVL. FLORVS nobis de Serum ad AVGVSTVM, in Hispania tunc commorantem, missis & quadriennium profectis legatis, hæc memoriæ prodiderit verba. ,, Nam & Scythæ misere legatos, & Sarmatæ, amicitiam petentes. SERES etiam, habitantesque sub ipso sole Indi, cum gemmis & margaritis, elephantes quoque inter munera trabentes, nihil magis quam longinquitatem viæ imputabant, quam quadriennio impleverant: & tamen ipse hominum color ab alio venire cælo fatebatur. L. IV. Cap. 12. in f. SVETONIVS, Cap. Octav. XXI. pag. m. 57. EUTROPIVS, L. VII. pag. m. 342. OROSIVS, L. VI. Cap. 20. pag. m. 94. non meminit, nisi Scytharum & Indorum Romanis antea incognitorum & modo auditorum nominum. Eundem legationis munerumque honorem SERES habuerunt Imp. AVRELIANO, devicta SEPTIMIA ZENOBIA, Palmyrenorum Regina. Ita namque de illo, fatis functo, AVRELIANVS TACITVS, primæ sententiæ Senator, & ipse postea Imp. apud FL. VOPISCVM, Cap. XLI. pag. 593. 594. dis-

differuit. „ *Ille orientem femineo pressum jugo, in nostra jura restituit: ille Persas, insultantes adhuc Valeriani nece, fudit, fugavit, oppressit. Illum Saraceni, Blemyes, Axomitæ, Bactriani, SERES, Hiberi, Albani, Armenii, populi etiam Inderum, veluti præsentem pæne venerati sunt Deum. Illius donis, quæ a barbaris gentibus meruit, refertum est Capitolium: quindecim milia librorum auri, ex ejus liberalitate unum tenet templum, omnia in urbe fana, ejus micant donis.* „ Erat inter hæc munera, pallium breve purpureum lanestre, Iovi Capitolino dicatum, quod Rex Persarum (HORMISDAS vel HORMOZ AL HORRI) ab INDIS interioribus sumptum, AVRELIANO donasse, & scribens *sume purpuram, qualis apud nos est*, misisse perhibetur. Quam purpuram, cum omnium matronarum atque ipsius AVRELIANI purpuræ, ei junctæ, divini sui fulgoris comparatione, cineris specie decolorari viderentur; tam AVRELIANVS, quam post ipsum PROBUS & DIOCLETIANVS, missis diligentissimis confectoribus, hoc genus purpuræ quam diligentissime, sed frustra, dicebatur enim sandix Indica talem purpuram facere, si curetur, requisivit. De illo sic pergit VOPISCVS. „ *Victa igitur Zenobia cum fugeret camelis, quos dromatas vocitant, atque ad Persas iter tenderet, equitibus missis est capta atque in AVRELIANI potestatem deducta. Victor itaque AVRELIANVS, totiusque jam Orientis possessor, cum in vinculis Zenobiam teneret, cum Persis, Armeniis, Saracenis superbior atque insolentior egit ea, quæ ratio temporis postulabat, tunc illæ vestes, quas in templo Solis videmus, consertæ gemmis, tum Persia dracones & tiaræ; tum genus purpuræ, quod postea nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis vidit.* „ Conf. de hac IOVIS CAPITOLINI tunica palmata, Tyria, sive palla ejus rutilante, præter IUVENALIS ad Sat. X. v. 38. & VIRGILII ad L. Georg. II. v. 506. Scholiastes, C. SOLLIVS APOLLINARIS SIDONIUS in *epithalamio Polemi & Araneolæ*: ubi,

Palla Iovis rutilat, cujus bis coctus aeno

Serica Sidonius fucabat stamina murex,

nec non IO. CHRISTIANVS POLCKE in *diff. de veste palmata*, Lips. 1720. §. 8. sq. pag. 20. IO. SARTORIUS in *diff. de*
hypo-



hypocrisi gentilium circa cultum deorum, Lips. 1713. Cap. VII. §. 12. pag. 135. & in diff. de hypocrisi gentilium circa statuas & numinos, Ged. 1711. Cap. VII. §. 12. pag. 97. & denique ADR. STEGER in diff. de purpura sacræ dignitatis insigni, Lips. 1741. §. II. pag. 3.

XVII.

QUAE cum ita sint omnia, cum Romani tot tantaque in Oriente bella gesserint, etiam *Asiatica*, cum Romani SERIBVS & SERES Romanis haud quaquam incogniti fuerint, cum inter hos SERES, inque eorum provincia & regione SERICA, bombycinum & sericum provenire, indeque potissimum ad se advehi probe sciverint Romani; non solum enim P. OVIDIUS NASO in *L. Amorum I. Eleg. 14.*

Quid quod erant tenues, & quos ornare timeres
Vela colorati qualia Seres habent?

Sed & L. ANN. SENECA in *Tragædia, Hippolytus dicta, v. 385. sive Actu II. v. 28. sq. pag. m. (edit. Lugdun. 8. 1651.) 137. nomine PHAEDRAE suæ*

Remove, famulæ, purpura atque auro illitas
Vestis; procul sit muricis Tyrii rubor,
Quæ fila ramis ultimi Seres legunt.

& in *Thyeste, v. 378. pag. 485.*


Et quocunque loco jacent
Seres vellere nobiles.

nec non in *Hercule Oetæo, v. 658. pag. 598. 590.*

Conjux modico nupta marito
Non disposito clara monili
Gestat pelagi dona rubentis,
Nec gemmiferas detrahit aures
Lapis Eoa lectus in unda;
Nec Sidonio mollis ahenio
Repetita bibit lana rubores;
Nec Mæonia distinguit acu
Quæ Phœbeis subditus Euris

(E)

Legit



Legit *Eois* SER arboribus.
 Quælibet herbæ tinxere colos
 Quas indoctæ nevere manus.
 Sed non dubios fovet illa toros.

itemque tum M. ANNAEVS LVCANVS in *L. Pharsal. X.*
 v. 141. pag. 288. edit. *Amstel. 12. anni 1565.*

Candida Sidonio perlucet pectora filo
 Quod Nilotis acus, compressum pectine Serum
 Solvit & extenso laxavit stamina velo,

tum CLAVDIVS CLAVDIANVS *de consul. Olybrii & Probrini,*
num. 179.

Stamine, quod molli tondent de stipite Seres;
 cum jam AVRELIANVS, PROBVS & DIOCLETIANVS Imperatores Romani, purpureum serici colorem, tanto opere, missis legationibus, indagaverint studiosi: mirandum, omnino & perquam quidem mirandum est, quod prius nulli plane bombyces, sericum nentes, in Imperium Romanum, Orientale præfertim, inveciti, in eo educati, & sericum ex illis paratum fuerit, quam imperante demum magno IVSTINIANO, primo omnis serici & bombycini Europæi auctore. Dignissimo proinde, cujus laudes, hoc etiam nomine, hodiernum ex merito concelebrentur. Digna proinde materia *bombycis, mori & serici!* quæ a *Iureconsultis* quoque tractetur, colatur, ornatur, quibus hodie re vera dedecori foret, putare sericum in arboribus nasci, nec vero a bombyce neri, inque fila duci, a SERIBVS ad *Persas*, a Persis vero, sed demum post ALEXANDRVM M. ad *Græcos*, & a Græcis ad *Romanos*, tam *Orientales*, quam, sed post complura demum sæcula, ad *Occidentales* quoque profecto, hincque tam *Græcis*, quam *Romanis* *ονη* ser, e. gr. a SIDONIO *Apollinari* in *L. Carm. V. v. 43.* ejusque filo, *serico* dicto. Quæ vero in *Cap. laudatæ Diff. VIII. pag. 21. sq.* de IVSTINIANO dicta sunt, ea hoc loco non solum PROCOPII verbis, in latinum idioma translatis, repetere, verum etiam aliis adhuc testimoniis illustrare lubet.

XVIII.

ITA scilicet PROCOPIVS *Cæsariensis*, cui in re quadam indifferente, vel plane in laudem Imp. vergente, plena fides est habenda, in *historiarum temporis sui tetrade altera, de bello Gothico, L. IV. Cap. XVII.* cujus hæc est inscriptio: „*Ex India monachi bombycum ova deferunt, & conficiendi serici rationem Romanis docent.*„ in splendido illo CORPORE SCRIPTORVM HISTORIAE BYZANTINAE Tomo II. & III. *Parisiis* anno 1662. edito, pag. 614. & *Venetis* in typographia Bartbolomæi Iavarina, 1729. recuso pag. 212. „*Sub idem tempus, venerunt ex India quidam monachi, & cum Iustinianum Augustum satagere intellexissent, ne sericum a Persis Romani amplius mercarentur, convento Imperatori promiserunt, rei sericariæ ita se provisuros, ut numquam Romani a Persis hostibus suis aliave quapiam gente ejusmodi mercimonium peterent: diu se in Serinda, quam vocant, regione Indorum populis frequenti moratos esse, & conficiendi in orbe Romano serici rationem ibi perdidicisse. Crebris autem interrogationibus percontanti Imperatori, itane se res haberet? dixere monachi, quosdam esse vermes serici opifices, natura magistra in opus semper incumbere subigente: deferri quidem buc vivos non posse vermes; sed expedite & facile generari: singulorum partium ova esse innumera: hæc homines multo post tempore, quam sunt edita, integere fino, & quamdiu satis est tepescacta sic fovere, ut animalia progignant. Quæ cum illi enuntiasent, liberalibus Imperatoris promissis inducti ut re verba firmarent, Indiam repetierunt. Vnde cum ova asportassent Byzantium, servata, de qua dictum est, ratione, ea novo ortu mutarunt in vermes, quos mori foliis alunt. Hinc capta ars conficiendi postea serici in Romano Imperio. Tum quidem Romani ac Persæ rem bellicam eo, quo dixi, perduxerunt, seque ita habuit, quod ad sericum spectat.*„ Amplior, &, quod videtur, de priori tempore intelligendus est Eiusdem PROCOPII locus, in *historia ejus arcana, Cap. XXV. pag. edit. Parisiensis 74. & Venetæ 329.* „*Olim sericæ vestis mercatores, & opifices in duabus Phœnicie urbibus Beryto atque Tyro negotiabantur, & officinas exercebant, unde in*

reliquum deinde terrarum orbem id mercimonii distraxerunt. Sed Imperatore Iustiniano, Byzantii & per alias urbes cum versarentur, mercem fecere caviorem; simul auctis, ut aiebant, ejus rei pretiis apud Persas, simul & decumis in Romanorum ditione. Quod verbum in pectus Cæsari altius descendisse omnes intellexerunt, ubi lege cautum ab eo est, ut serici libra octonis aureis vœniret, quique secus fecissent, proscriptione bonorum multarentur. Hæc cum negotiatoribus omnino viderentur absurda, quibus haud esset e re, emptas quam plurimo merces, vœnum ire quam minimo, maluerunt mercatura desistere. Ergo quicquid reliqui mercium fuit notis hominibus furtim obtulerunt, scilicet quibus sic suum prodigere, eamque rei speciem quærere, vel aliam quampiam necessitatem, esse voluptati. Quod cum incerto auctore, levique fama in vulgus spargi THEODORA audisset, incomperta re, mercatores centum auri pondi multat, ereptis præterea mercibus. Nunc vero apud Romanos hoc totum opificium penes Præfectum Imperatorii thesauri est; quare Petro Barsamæ illa dein aucta Præfectura, omnem improbitatis licentiam permiserunt. Qui sericariis sibi tantum artem facere coactis, alios severa illa teneri lege voluit. Is non clanculum, sed aperto foro unciam serici alia quidem tinctura imbuti sex aureis, regio vero suffecti colore, quem holoverum vocant, quatuor ac viginti & amplius dedit; ex quo Cæsari magnas pecunias, sibi clam majores comparavit: quod inde captum bodieque perdurat, unusque ille institoriam hanc rem etiamnum palam exerceret. Quare ipsi negotiatores cum Byzantii, tum aliis in urbibus incommoda profligatæ artis terra marique sensere; Tyri atque Beryti pene universa plebs fullonico manuarioque illi exercitio addicta, collatitiam quærere stipem, vel fame confici coacta fuit; pars commutata colonia, ad Persas transfugit; nam, ut dixi, solus Imperatorii thesauri Præfectus eam negotiationem habens, lucri parte Cæsari delata, sibi que majore seposita, sic opes auget suas publicis calamitatibus. Sed hæc hætenus., Conf. NIC. ALEMANNI notæ historicæ in PROCOPII historiam arcanam, pag. ibidem 377. de pretio serici inprimis agentis.

XIX.

IDEM hic PROCOPIVS, in L. *de bello Persico* I. Cap. XX. pag. 62. & 264. litt. A. sq. hæc „atque *Æthiopes* quidem *sericum*, ex quo vestis conficitur, quæ olim dicta a Græcis *MEDICA*, nunc *serica* appellatur, *sericum* inquam ab *Indis* emerent, ac postea *Romanis* venum id darent, quo & sibi pararent ingentem pecuniam, & lucrum hoc unum afferrent *Romanæ* genti, ne ad hostes cogeretur aurum suum transferre. - Nec tamen fieri poterat, ut ab *Indis* *Æthiopes* *sericum* mercarentur. Si quidem *institores Persæ* illis portubus propter vicinitatem imminentes, ad quos *Indi* prius appellunt, merces omnes emere plerumque occupant „ & in L. *de bello Vandalico* I. Cap. VI. pag. 248. & 394. litt. B. hæc habet „Enimvero nationum omnium, quas novimus, nulla victu lautiori gaudebat, quam *Vandali*: *Aureo* plerique cultu & veste *Medica*, (*Sericam* appellant hodie) splendidi, in spectaculis ac ludis *Circensibus* cæterisque deliciis, præsertim in venatione toti erant. „ Conf. LVD. CAEL. RHODIGINI *Lect. Antiq. L. XVI. Cap. 10. pag. 853.* & G. PANCIROLI *Descriptio Urbis Romæ*, quæ in *THESAVRI Antiq. Rom. GRAEVIANI Tomo III. legitur, pag. 342. lit. F. Medica* scilicet dicebantur vestes *sericæ*, non a *medicis*, quamvis & nonnullos *medicos* *bombyx* & *sericum* habeat usus, vidd. TRIBBECHOVIUS & COLERVS, in supra laudata *diff. ipso- rum de bombyce, Cap. XII. pag. 48. 49. & 10. PHIL. BVRG- GRAV. in Lexico Med. univ. voce bombyx, pag. 1623. sed a Medis* dicuntur, si quidem vera, nec potius errori PROCOPII, *Persas* aliquoties v. gr. pag. 43. & 226. *Medos* adpellitantis, adscribenda sit tota hæc appellatio. Præclarum scilicet *serici* inventum! nisi materia *vermes* & usus *luxusque* ejus saltem inter *Christianos monachos* haberet auctores & promotores. Iam supra, pag. 19. hunc in modum, DIONEM CAS- SIVM COCCEIANVM, *sericum, barbaricæ luxuriæ & muliebris luxus* textum dixisse observavi. HESYCHIUS *Alexandrinus* dixit: Σήρες, ζῶα νηδονία μέταξαν, ἣ διόμα ἔθνευς, ὅθεν ἐρχεται καὶ τὸ ὀνομάζουον. IOANNES ab oris facundia CHRYSOSTOMVS dictus „pulchra esse, annotavit vestimenta *serica*, sed

vermium texturam. Sic quoque SVIDAS, postquam SERES, homines & vermes, commemoravit, statim addit, οὗς σητὸς, ὁ σκῶληξ.

XX.

QVAE vero de Iustinianæ bombycum in orientali Europa propagatione, PROCOPIVS paullo ante narravit, ea consimili, nec tamen eadem ubique narratione tum S. P. N. THEOPHANIS, *Byzantii*, qui octavo seculo floruit, in *Chronographia* sua, tam apud PHOTIVM in *myriobiblo*, sive *bibliotheca*, pag. 79. editionis *Rotbomagensis*, in fol. de anno 1653. quam in TOMO *Corporis historiae Byzantinae* VII. tum IO. ZONARAE, qui demum seculo duodecimo vixit, in TOMO *Annalium*, sive *Compendii historiarum*, III. in vita *Iust. M. L. XIV. Cap. IX.* in fine, in TOMO *Corp. Hist. Byz. XIII. edit. Paris. 69. & Venetæ 54. & 55.* „Eodem Procopio auctore, Iustiniani temporibus tela serica a Romanis texti capit, quæ prius a Persicis mercatoribus tantum afferebatur, cum ignorarent, quomodo fieret, neque scirent, fila esse vermium. Cæterum duo monachi ex India Byzantium profecti, originem illius declararunt, polliciti, se factum illorum vermium ova nimirum perexigua allaturos, & ostensuros Romani, quemadmodum illa fovendo animata, in vermes mutentur, & sericum texant, natura magistra usi. Eos monachos Iustinianus in præsentia muneribus, de cætero magnis pollicitationibus ad illud peragendum confirmavit. Itaque serum ova Byzantium attulerunt, & in fimo collocata, in vermes transformarunt, & mori foliis aluerunt, indeque sericum confecerunt. Ex eo igitur Romani cognovere, quo pacto sericum conficiatur., tum NICEPHORI CALLISTI, qui sæculo decimo quarto scripsit, in *L. Hist. Eccles. XVII. Cap. 32.* confirmari possent, si quidem HI ejusdem cum PROCOPIO ætatis pariter atque fidei, historici essent. Confer. die Uebersetzung der allgemeinen Weltgeschichte, III. Buch, 17. Hauptstück, §. 91. note B) XII. Theil, (Halle 4. 1752.) Seite 95. ubi: „Der Kaiser Justinianus aber, der im 565. Jahre der Christlichen Jahrzahl gestorben, schickte, weil er es als eine grosse Beschwärde ansah, daß seine Unterthanen

nen diese Ware von den Persern für einen so theuren Preis kaufen sollten, zwey Mönche nach Indien, um daselbst zu lernen, wie mit der Seidenarbeit umzugehen sey, woben er ihnen zugleich befahl, bey ihrer Rückkunft einige Seidenwürmer mitzubringen, damit er diese Handarbeit in seinen eignen Landen einführen könnte. Diese Mönche erzählten ihm bey ihrer Rückkunft, daß die Seidenwürmer nicht auf einem so weiten Weg fortgebracht werden könnten; da aber der Kaiser von ihnen vernam, daß solches mit denen Eiern derselben angehe: schickte er sie nach denselben zurück, und auf diese Weise wurde eine grosse Menge von diesen Eiern nach Constantinopel gebracht. Von diesen Eiern sind alle Seidenwürmer und Seidenhandthierungen fortgepflanzt worden, die sich seit der Zeit in Europa befunden., & die Uebersetzung der Geschichte von Indien, aus der neuen Ausgabe der allgemeinen Welthistorie, IV. Buch, XXXI. Hauptstück, XX. Theil, Seite 52. & 109. in dem IV. Theil der Sammlung von Erläuterungsschriften und Zusätzen zur allgemeinen Welthistorie, 4. 1756. III. Stück, III. Abschnitt, S. 136. pag. 221. 222. ubi tamen hoc „daß aus diesen Eiern alle Seidenwürmern entsprungen, welche seit dem in Europa fortgepflanzt werden „ licet idem jam antea quoque scripserit B. IO. GE. KEYSLERVS in denen neuesten Reisen, XXXIII. Brief, I. Theil, Seite 342. 343. edit. noviss. *Schüziana*, ubi: „ Zu Zeiten des Kaiser Justinian versuchte man, ob nicht die Seidenwürmer lebendig nach Konstantinopel gebracht werden könnten, es gieng aber nicht an; worauf zween deswegen abgeschickte Mönche einen Versuch mit den Eiern thaten, mit so gutem Fortgang, daß von dieser Konstantinopolitanischen Colonie sich alle übrige Europäische Seidenwürmer und Fabriken herzuschreiben haben., æque ac illud, quod IUSTINIANVS ipse, proprio motu, monachos illos, qui tamen Imperatori, nimium Serici pretium, hostibus suis solvendum ægre ferenti, sponte sese obtulerunt, & quidem *bis* miserit, nec vero illi prima statim vice, ovula, cum vermes non potuerint, secum adportaverint, *tacente* hæc omnia PROCOPIO, mihi saltim nimis liberaliter dici videtur. Adcurator est narratio I. C. D. SCHREBERI in dem Versuch einer Geschichte des Seidenbaues, S. 6.

§. 6. in *patris sui* DAN. GODOFREDI SCHREBERI *Sammlung verschiedener Schriften, welche in die oeconomischen, Policen- und cameral-: auch andere Wissenschaften einschlagen*, I. Theil, (Halle 8. 1755.) *Num. XXI. pag. 180. ex PROCOPIO, ut videtur, ipso, sic concepit: „Unter dem Kayser Justinianus haben die Perser ihre Seide aus China und Indien gehohlet, und damit nach Griechenland und Rom gehandelt. Als er aber im Kriege mit denselben begriffen gewesen, so hätte er sich dahin bemühet, diesen theuren Handel zu verhindern, und daher die Aethiopier, welche sich zu dem Christlichen Glauben bekenneten, ersuchet, das Römische Reich mit hinlänglicher Seide zu versehen. Zu der Zeit, als dieses vorgieng, kamen, nach Procopio, zween Mönche aus Indien zurück, welche, während ihres Aufenthalts daselbst, die Wartung der Seidenwürmer vollkommen erlernt hatten; und brachten bey dem Kayser in Vorschlag, selbst eine Seidenzucht anzulegen; sie wurden daher wieder zurück nach der Stadt Serinda in Indien geschickt, um Seidenwürmersaamen (γόνή PROCOPI.) zu holen, welche sie hernach zu Constantinopel mit Mistfe, auf Indische Manier, ausbrüteten, und mit Maulbeerblättern fütterten. Doch ein anderer Schriftsteller, nemlich THEOPHANES BYZANTINVS apud PHOTIVM, (cujus hæc sunt verba: „Ὅτι τὴν τῶν σκολήκων γένεσιν ἀνὴρ Πέρσης, βασιλεύοντος Ἰουστινιανῶ, ἐν Βυζαντίῳ ὑπερέδειξεν, ὅπως πρότερον ἐγνωσμένην τοῖς Ῥωμαίοις. Οὗτος δὲ ἐκ Σηρῶν ὁρμηθεὶς ὁ Πέρσης τὸ σπέρμα τῶν σκολήκων ἐν νάρθηκι λαβὼν μέχρι Βυζαντίῳ διεσώσατο, καὶ τῷ ἔαρος ἀρξαμένη, ἐπὶ τὴν τροφὴν τῶν συκαμίνων φύλλων ἐθαφῆκε τὰ σπέρματα, τὰ δὲ τραφέντα τοῖς φύλλοις, ἐπιτροφύησε δὲ καὶ τὰλλα ἐργάσατο, ὧν τὴν δὲ γένεσιν καὶ τὴν ἐργασίαν ὁ βασιλεὺς Ἰουστίνος ὕπερον τοῖς Τούρκοις ὑποδείξας ἐθάμβησεν, οἱ γὰρ τῆρκοι τότε ταῖς τῶν Σηρῶν ἐμπόριαι καὶ τὰς λιμένας κατέσχον, „quæ tamen in ipsa supra jam laudata THEOPHANIS *Chronographia*, mihi saltem, sedulo certe quærenti, non obvenerunt,) glaubt, daß die Eyer der Seidenwürmer von einem Perser nach Byzanz gebracht worden, welcher in China gewesen wäre. Er hätte sie auf hölzernen Stäben, woran sie vermuthlich von den Papilionis gelegt worden, heraus gebracht, und mit Maulbeerblättern genehret. „*

Vnde

Vnde vero laudatus SCHREBERVS, hæc, quæ ibidem pag. 181. addidit „Hierauf errichtete der Kayser zu Constantinopel, Athen, Theben und Korinth die ersten Seidenmanufacturen,, hauferit, me quidem una cum ignarissimis scire lubens profiteor. Cæterum nec LVDEWIGIANA Iustiniani Vita, nec HISTORIA MVNDI VNIVERSALIS, vel *Persica*, II. Buch, 13. Hauptstück, §. 592. *sqq.* P. IX. pag. 604. *sqq.* vel *Romana*, III. Buch, 32. Hauptstück, §. 665 - 685. P. XIV. pag. 618, 644. ullam, incluti hujus tantoque *Imperatore* dignissimi facinoris, mentionem faciunt.

XXI.

NUNC. vero permagnus, nec ulla ratione, quicquid etiam conatus molitusve fuerim, explendus, in *historia bombycis*, inde a IUSTINIANO & medio sæculo sexto, usque ad Imperatorem MICHAELEM COMNENVM & medium ferme sæculum duodecimum, sese prodit hiatus. Vid. *Caput dissertationis* WAECHTERIANAE VIII. pag. 22. ubi OTTONIS Episcopi *Frisingensis* verba, in L. de rebus gestis FRIDERICI I. Imp. I. Cap. 33. apud CHRISTIANVM VRSTISIVM, Basileensem, in *Tomo Germaniæ historicorum illustrium* I. pag. 426. & in splendido LVD. ANT. MVRATORII *Corpore historiæ Italiæ Mediolanensi Tomo VI.* pag. 668. sic legenda. „Circa idem tempus ROGERIVS Siculus, aptatis in Apulia, Calabria, Sicilia, triremibus & biremibus, quas modo galeas seu sagittas vulgo dicere solent, aliisque navibus bellicis onerariis, classem in Græciam destinat, præfectis eis Ducibus strenuis & in navali prælio guavis. Armatis itaque navibus Græciæ fines ingrediuntur, ac MUTINO sine impedimento, gravique negotio capto ad GULFOL usque, fortissimum Græciæ castrum, procedunt. Quod - - dolo occupant Græcis ejectis, præsidiiisque suis ibidem locatis. Inde ad interiora Græciæ progressi Corinthum, Thebas, Athenas, antiqua nobilitate celebres expugnant: ac maxima ibidem præda direpta, opifices etiam, qui sericos pannos texere solent, ob ignominiam Imperatoris illius, sui que Principis gloriam, captivos deducunt. Quos ROGERIVS in PALERMO, Siciliæ metropoli, collocatis, artem illam

illam texendi suos edocere præcepit: & exhinc prædicta ars illa prius a Græcis tantum inter Christianos habita, Romanis patere cæpit ingeniis. „ Hic vero observatione maxime dignum reputo, quod Europæum occidentale & speciatim *Italicum* bombycis & serici productum, non minus, quam *varias* alias ab *illustri* quondam IVSTO HENNINGIO BOEHMERO, singulari dissertatione, *Halæ*, anno 1740. expositas, *jurium*, adde & morum negotiorumque *innovationes*, EXPEDITIONIBVS CRUCIATIS, sive *cruce signatorum*, denen Creuzzügen, debeamus. Talis namque, si non ipsa, certe tamen *magnæ* illius & *secundæ*, quæ tam CONRADO II. Imp. vid. omnino DAN. GVIL. MOLLERI Disp. de expeditionibus cruciatis, vulgo von Creuz-Fahrten, *Alt.* anno 1709. ventilata, §. 13. 14. sqq. pag. 11. sqq. quam vel maxime etiam LVDOVICO VII. Regi *Galliarum*, cognomento *juniori*, cujus iter sacrum eodem anno 1147. susceptum latius descripsit Cel. IO. DAN. SCHOEPPFLIN, in *commentatione historica de sacris Galliæ Regum in orientem expeditionibus*, *Argentorati*, anno 1724. & inter *commentationes eius historicas & criticas*, *Argentorati*, anno 1744. junctim excusas, *Num. VII.* pag. 321. -- 366. edita, *Cap. II.* pag. 27-43. adeo infelix cessit, *expeditionis cruciatæ* sequela & velut appendix, illa expeditio bellica fuit, quam ROGERIVS *Siculus*, contra Imperatorem Constantinopolitanum MICHAELEM COMNENVM, IOANNIS filium & successorem, insigni illa perfidia & dolo, quo is dictam Christianorum occidentalium expeditionem prorsus irritaverat, permotus atque excitatus, anno 1151. suscepit, felix ab initio, deinceps vero, immortuo ei ROGERIO, infelix, tandemque intercedente Pontifice Romano anno 1155. non adeo male finita. Conf. der allgemeinen Weltgeschichte, III. Buch, 35. Hauptstück, §. 153. P. XV. pag. 118. 119. ubi: „ Roger, der König von Sicilien, welcher über Manuels Verrätheren höchst erbittert war, rel. not. (153. B.) bey dieser Unternehmung König Rogers sind unter denen Griechischen Gefangenen, die ersten Stifter des Seidenbaues und Werckleute die Sende zu verarbeiten, nach Italien gebracht worden. „ Dignus vero etiam est, qui hanc in rem audiatur, PIERRE GIANNONE, Iuris-

Iurisconsultus & Advocatus Neapolitanus, dans l'histoire civile du Royaume de Naples, traduite de l'Italien, (à la Haye 4. 1742.) L. XI. Chap. 7. Tome. II. pag. 278. „De là (de l'expédition de Tripoli, e qua ortus versus:

Appulus, & Calaber, Sículus mihi servit & Afer.

ROGER porta en Grece ses armes triomphantes. L'empereur JEAN VI. étoit mort, & EMANVEL son Fils lui avoit succédé; il envoya des Ambassadeurs au Roi pour lui proposer de se lier de parenté; ROGER acquiesça à cette demande, envoya de son côté à Constantinople pour traiter des moiens de la mettre en execution; mais le perfide Grec changea d'avis: il les fit arrêter & mettre en prison. Ce Prince outré de cette injure, rassembla un grand nombre de Vaisseaux à Otrante & les envoya avec plusieurs de ses Barons contre la Grece, sous le commandement de George d'Antioche son Grand Admiral; Il prit la ville de Mutine, attaqua l'isle de Corfu & parcourant ensuite la Morée, & le Golfe de Saronne, près de Cancrea, Port de Corinthe, ou Corantho, comme on la nomme aujourd'hui, il fit passer sous le fer & le feu tout ce País; de là il alla ravager l'Achaïe, & ruina Thebes; tous les environs de l'Isle de Negrepont & de la Boëcie furent également endommagés. George d'Antioche revint de cette expedition chargé d'un riche butin; & ce fut dans cette occasion, qu'il amena en Sicile, & de là dans nos Provinces, des Ouvriers, qui savoient faire les étoffes de Soie; jusques alors cet art étoit inconnu en Italie. „rel. Add. L. XII. pag. 302. Fons totius historiæ, ad quem semper recurrere amo, tum NICETAS est ACOMINATVS CHONIATES, magnus logotheta secretorum, inspector & iudex veli, præfectus sacri cubiculi, tandem exul, qui in confiniis sæculorum XI. & XII. floruit, in historia & rebus gestis Imp. sui sæculi Constantinopolitanorum, quæ in Tomo XVII. Corporis Historiæ Byzantinæ, Venetiis, anno 1729. edito legitur, tum & 10. CINNAMVS, Imperatorius Grammaticus, sæculi duodecimi scriptor, IOANNIS & MANVELIS COMNENORVM Imp. Cpp. historicus, vel potius panegyrista, in Tomo XV. Corporis historiæ Byzantinæ Parisiensis & Veneti. L. III. Cap. 2. & sq. pag. edit. Parisiensis 53. sq. & Venetæ, pag. 41. sq.

Quorum ille in L. II. *rerum* puta a MANVELE COMNENO Imp. gestarum, Cap. I. pag. edit. *Parisiensis* 50. & *Venetæ* 39. litt. D. de ROGERIO „*Theba capta - - opifces exhaustit - - & primoribus delectu ex optimatibus habito, comprehensis, & matronis pulcherrimis ac ditissimis, & texendi peritissimis selectis, inde discessit.*„ Adde Caput VIII. pag. 65. & 51. litt. C. „*fructum illius qualiscunque pacificationis (scilicet inter MANVELEM COMNENVM, Imp. Cp. & ROGERVM Siculi, interea defuncti, filium GVILIELMVM, ab eo Regem adpellatum) tulerunt captivi, gratis soluti, non tantum nobiles, & regia stirpe orti, sed etiam gregarii milites: Corinthiis tantum & Thebanis ignobilioribus, exceptis, & iis, qui subtilem telam texebant, formosisque & locupletibus mulieribus ejusdem artificii peritis. Ac hodie quoque Thebanos & Corinthios in Sicilia texendis pretiosis auratisque incumbere videas, quemadmodum Eretvrienses olim apud Persas, quod Principes DARIO Regi Græciæ bellum inferenti restitissent.*„ Refert hæc Chronologia NICETAE præmissa, ad annos 1151. 1155. CONRADI III. & FRID. I. Imp. Rom. Germ. Conf. HUGO FALCANDVS in *historia calamitatum Siciliae* sub WILH. I. & II. Regibus, ab anno 1154. ad annum 1169. (*Paris.* 4. 1550.) pag. 639. in *Corp. Script. Rerum sicularum*, num. 5. & in *Bibl. bist. regni Siciliae*, T. I. P. I. num. 17.

XXII.

EX ITALIA, sed iterum post longam temporis interca-
pedinem, quinto demum, supra decimum, sæculo in Galliam
migravit bombyx. Si quidem AVCTOREM (perquam illu-
strem) du nouvel abrégé chronologique de l'histoire de France, de-
puis CLOVIS jusqu'à la mort de LOUIS XIV. selon la troisième
edition à Paris 4. 1749. audias; is gallicum, vermium serica-
riorum ex India allatorum (*usage des vers à Soie, apportés des
Indes*) pag. 5. ad annum 511. vel certe medium sæculi sexti re-
ferre videtur. At tam contextus verborum, paullo ante
IUSTINIANI, ejusque juris mentionem facientium, quam
& adjectus *synchronismus* satis superque demonstrat, EI non
tam

tam de *Francia*, quam potius de *Oriente* sermonem esse; cum præsertim *le véritable & constant établissement de manufactures de Soie* (dont SAINT OT eut l'intendance) pag. 398. diserte anno demum 1603. & regimini HENRICI IV. adscribat ipse. Quam certum nempe est, potentissimum huncce *Galliarum* Regem, HENRICVM IV. sive M. primum haud fuisse, qui bombycis & mori curam habuerit, ejusque culturam promovere allaboraverit; recte namque hoc nomine tum HENRICVS II. tum FRANCISCVS I. tum CAROLVS VIII. tum LVDOVICVS quoque XI. passim laudantur: tam certum e contrario etiam est, constantem & perpetuum totius commercii bombycini florem Gallicum, huic potissimum HENRICO IV. deberi. Cujus hanc in rem instituta, maxime per distributionem, insignis, tam mororum albarum & ovulorum bombycinorum, quam librorum etiam a *Iametro & Metayero de satione mororum vermium-que sericavio- rum cultura* regio jussu conscriptorum, copiae, per quatuor Regni sui metropoles, LVTETIAM, AVRELIAM, TVRONIVM & LVGDVNVM, hincque per omnes *dioceses*, promota (silentio licet penitus præterita a refragante illis Ministro Status primario, MAX. de Bethune, *Duce de svlly*, dans son *Oeconomie Royale*) pluribus enarravit tam PETRVS MATTHAEVS, in *Historiæ Gallicæ Tomo II. L. VI. Narrat. I. §. 5. pag. 112. & 113.* quam IAC. AVG. THVANVS, in *historiarum sui temporis Tomo V. L CXXIII. pag. 886.* ubi jam ad annum 1599. hæc habet. „Hoc & anno Rex (HENRICVS III.) *sericum pannum in regnum importari edicto prohibuit, quod immensam pecuniam ex eo in Italiam exportari comperisset, & a quibusdam institutoribus spes facta esset, in Gallia sericum tanta copia confici posse, ut non solum regni usibus, sed etiam vicinis provinciis externis ad septentrionem positis satis esset: itaque levcomori passim seri captæ; quod feliciter jam in Turonibus, dein in Lugdunen- si agro, in Provincia & Septimania factum fuerat, ex quarum arborum foliis vermiculi sericum gignentis aluntur.* „ Reliqua THVANI loca, passim obvia, huc non cumulabo, sed laudabo potius rarum illum IOANNIS HENNEQVINI, non incelebris tempore HENRICI III. & IV. Iurisconsulti Gallici

atque DIONYSII GOTHOFREDI suasu ad Accursium, glossatoris (vid. BROSEI *Thesaurus Accursianus*, Lugd. 1589. ed.) librum, cui titulus: *Le Guidon, general des Financiers contenant la conservation & interpretation des droicts sacrez & inalienables du domaine du Roy & couronne de France, avec instruction du manniement de toutes ses Finances, tant ordinaires, qu'extraordinaires, divisé en cinq parties, à Paris chez Abel l'Angelier. 1585.* Recensetur hic liber in dem I. Band der Leipziger Sammlungen von Wirthschaftlichen, Policen, Cammer, und Finanz, Sachen, VI. Stück, Num. IV. pag. 529. sq. Conf. BAPTISTE LE GRAIN in *Decade contenant la vie & gestes du Roy HENRY le Grand, à Royen, 4. 1633. pag. 857.* cujus verba supra jam laudatus SCHREBERVS pag. 184. dedit, & HARDVINVS BEAUMONT de PERBIFIXES, ArchiEpiscopi Parisiensis & LVDOVICI XIII. Præceptoris, dans *l'Histoire de Henry quatre*, (qui n'est, qu'un abrégé, mais pourtant meilleure, que celle de DANIEL, écrite un peu sèchement, uti VOLTAIRE judicat) passim. *Memoires de Mr. TVLLY, Tome III. pag. 591. - 596.* & MART. TRIEWALD in der II. Fortsetzung von der Einführung und Erzeugung roher Seide in Schweden, in dem VII. Band der Abhandlungen aus der Naturlehre, Haushaltungs-Kunst und Mechanik, der Königl. Schwedischen Akademie der Wissenschaften auf das Jahr 1745. (übersetzt von Abr. Gotthelf Kästnern, Hamburg 8. 1752.) Num. VIII. pag. 135. sq. unde §. 6. & 7. pag. 143. huc repeti merentur: „Unter dem vorigen König in Frankreich, Ludwig XIII. sind nur in den Landschaften Dauphine, Languedoc und Provence, über 1800000. Pfund rohe Seide jährlich gezogen worden, und in der einzigen Stadt Tours 8000. Seiden-Stühle und 800. Mühlen im Gange gewesen, welche daselbst 40000. Menschen beschäftigt, und ihnen durch die Seiden-Handthierung ihren Unterhalt verschafft haben. Wer kan wohl nicht hieraus leicht schliessen, woher Frankreich seine grosse Macht, Reichthum und Stärke bekommen hat? Hat nicht ein kleiner Wurm sehr vieles dazu beygetragen? Wer hieran zweifflet, darf nur Frankreichs Wohlstand unter König Heinrichs III. Zeit, ehe die Maulbeer-Bäume in diesem Lande gepflanzt wurden, mit der Macht

ver,

vergleichen, welche es zu der Zeit hatte, da die Seiden-Handthierung im höchsten Flore war, und da in der Stadt Lyon allein 18000. unterschiedene Seiden-Fabricken gefunden wurden, ohne was von der Stadt Tours schon hergerechnet worden ist. Man muß sich verwundern, wann man überlegt, daß ein einziger Theil von Frankreich, die Provinz Languedoc, ein Jahr in das ander gerechnet, jährlich 1800000. Französische Livres wehrt an Seide absetzte, welche nach Schwedischem Geldt gegen 33. Millionen 750000. Thaler Kupfermünze macht, und dagegen 843750. Schiffpf. Stangeneisen, jedes Schiffpf. zu 110. Daler gerechnet, zu setzen sind. So daß der Seidenbau in Languedoc so viel einträgt, als alles Eisen, das in zwey Jahren in ganz Schweden geschmiedet wird. „ Quamvis enim LUDOVICVS XIII. sine omni dubio, multo plura hac in re præstiterit, quam ipse totius operis auctor HENRICVS IV. in vulgus tamen æque constat, quantum damni detrimentique uti generatim, ita singulatim quoque *sericariis & bombycinis* GALLORVM *commerciis* attulerit tam omnis Reformatæ religioni sive Calvinismo addictorum persecutio, quam inprimis EIVS auspiciis mense *Octobris* 1685. facta *revocatio* EDICTI NANNETENSIS. Hanc enim permultos artifices & opifices, *Hugonotas*, non quidem publice & directe, sed clam tamen & indirecte velut e Gallia pulsos, hincque in vicina, immo & remotissima regna, profugos (*Refugiés*) factos, Gallorum commercia pessumdedisse, aliorumque, præsertim vero Anglorum & Germanorum negotia mirum in modum juvisse, auxisse, immo & de novo instituisse, ipsi hodie palam profitentur cordatiores Gallorum historici. Non jam quidem lubet, in *revocationis* illius, quam jure meritoque *solæcismum* vocaveris *politicum*, variorumque, quæ inde in Galliam redundarunt, malorum, *historiam*, pluribus *Tomis* prostantem, altius descendere; sed juvabit tamen veritatem dictorum eximiis nonnullis aliorum, & præstantissimorum quidem Gallorum testimoniis confirmare. Dominus de la HODE scribit in *Historiæ, vitæ & regni LUDOVICI XIV. Regis Franciæ & Navarræ*, numismatibus illustrata, L. XLIII. ad annum 1685. *Tomo IV.*

pag. 222. (editionis Francofurtanæ & Basileensis 4. de anno 1752.) „*Ces traitements répandus dans les Pais étrangers y firent prendre la résolution d'offrir des aziles à ces malheureux. La pitié, la charité, disoit on, y engageoient, mais la Politique y entroit aussi, & on n'étoit point fâché de profiter de la faute, que l'on faisoit en France & d'augmenter ses sujets & son commerce, aux depens de cette Couronne. L'Angleterre donna l'exemple, le Dannemark fait la meme chose, Amsterdam leur fait les offres les plus avantageuses. Grand nombre de familles Protestantes profitèrent de ces offres. Fuites! que la Politique auroit dû prévoir. Après la revocation de l'Edit de Nantes on tache d'empêcher leur fuite hors du Roïaume. Mais toutes les précautions n'empêchèrent pas, que plusieurs milliers d'hommes & de femmes ne gagnassent les Côtes & les Frontières, d'où ils allèrent peupler l'Angleterre, la Hollande & le Dannemarck, & y portèrent, outre les sommes considerables d'argent, que quelques-uns avoient eu le bonheur de conserver, les Arts & les Metiers, en quoi consistoit le principal Commerce de la France. Plus de trois cens mille se retirèrent dans les pais étrangers.*” Tradidit hic auctor, allegato loco, pag. 289. - 317. insigne historiæ hujus revocationis compendium, junctis ei lectu & consideratione dignissimis reflexionibus theologicis, politicis & historicis, magnam eruditionem æque ac moderationem prodentibus. Huic jungere liceat perillustrem AVCTOREM du Siècle de LOUIS XIV. quem Dn. de VOLTAIRE esse, nemo est, qui nescit. Hic Tomo II. Chap. XXVII. cui titulus: *Gouvernement interieur: commerce: police: loix: discipline militaire: marine, &c.* pag. 124. editionis Dresdensis de anno 1753. bombycini Gallorum commercii florem sic describit: „*Depuis l'an 1663. chaque année de ce Ministère, jusqu'en 1672, fut marquée par l'établissement de quelque manufacture. Les draps fins, qu'on tiroit auparavant d'Angleterre, de Hollande, furent fabriqués dans Abbeville. Le Roi avançoit au manufacturier deux-mille livres par chaque métier battant, outre des gratifications considerables. On compta dans l'année 1669. quarante-quatre-mille-deux-cent métiers en laine dans le Roïaume. Les manufactures de Soie perfectionnées produisirent un commerce de* plus

